INSTITVTIONVM
SIVE
Primorum totius Iuriſprudentiæ elementorum
LIBRI QVATVOR.
DN. IVSTINIANI SACRATISSIMI Principis authoritate iuſſuq; compoſiti,

Commentariis Accurſii, & multorum inſuper aliorum doctorum hominum ſcholiis atque obſeruationibus illuſtrati.

Non ſine locupletiſſimo cùm verborum tum rerum Indice.

Acceſſit ipſius IVSTINIANI Imperatoris vita, ex variis auctoribus opera Ægidii Pertini Fori Eccleſiaſtici Ioſaienſis.



VENETIIS, M D LXXXI.

EGIDII PERRINI ARREMARENSIS
IN IVSTINIANI VITAM,
AD CLARISSIMVM VIRVM IOANNEM Raguyerum Abbatem Arremarensem, Epistola nuncupatoria.

IVSTINIANI Principis res gestas memoratu dignas, in diuersis sparsas authorib⁹ summa vigilia, curaq́; nuper à nobis collectas, & in vnum veluti fascem cōpressas, tibi offerimus (clarissime vir) vt & ipsius Imperatoris, & eorū qb⁹ cū illo, vel intercessit amicitia, vel efferbuit bellū, varios mores, ingenia, affectus, vitia, religionē, variasq́; virtutes contēplari queas, atq; adeo, vt rerum omniū memorabiliū per id tēporis gestarum multiplici notitia mentem recrees. magna n. te historiæ oblectatione (vt exteras tuas virtutes omittā) teneri in ꝯfesso est. In quas ego totus iampridē incubuissem, nisi earū prædicationi vnicā tuā reluctari modestiā subinde vidissem. Quę hinc certe est, vt cū laudanda libenter facias, ea tamen fecisse te nō libenter audias. Ab his igitur (qui ita velle te haud dubie scio) prudens facesso, simulq́ue te oro, vt siqñ labor hic noster, quem tua suscepi causa, inuidę multorum iudicio eleuatus, mordicus à detractoribus impetatur, quod vitare nemo mehercule poterit, nisi qui nihil omnino scribet, eius tu in primis assertor mihi sis, atq; ꝓpugnator. Vale.

IVSTINIANVS maior, Iustini primi ex sorore nepos, genere Thrax, ignotis parētibus & obscuris natus, maiores nullos habuit claros, sed vel armētarios tm̄, vel suarios. In pueritia Iustini auunculi, ex boum custode gregarij militis facti satelles fuit pedissequus. hinc Iustino ex gregario ad Imperatorium culmē fraude sublato, per oēs dignitatū honores gradatim ascendens, ab eo est ad prætorij præfecturam euectus, consulq́; designatus. Nono aūt Imperij anno Iustinus eundē adoptauit primū, deīn cōsortē Imperij fecit, & quarto post mēse decessit. Quo vita functo, Iustinianus Imperauit solus. Non ergo naturalis Iustini fili⁹ fuit Iustinianus (vt voluit gl. in proœ. Insti. & alius quidā nō indoctus) sed adoptiuus solū, & ita intelligi dēt tex. I §. est & aliud. de don. & in § pe. quib. nō est permis. fa. test. Iosti. ciui. Inciderūt aūt Iustiniani principat⁹ primordia in eū, qui quintus & vicesimus fuit supra quingentesimū humanæ salutis annū. Quo aūt auspicio ad Imperatoriā puenerit dignitatē, scribit Ammon. monach⁹ lib. 2. vbi multa narrat, q̄ à fide historica mihi vidētur prorsus aliena, atq; in primis Iustinianū ipsum post acceptū Imperiū vulgare scortū sibi matrimonio copulasse, & ob id in grande suorum procerum odiū incidisse, ac plerosq; ex capitali sola dānasse. Duas habuit vxores, alterā Antoninā, si Ammonio credimus Antoninę Belisarij vxoris sororem, quam priuatus in delitijs habuerat cōcubinā. Alterā vero Theodorā, cuius ab eo frequens fit in authēticis mētio, & huius meminerunt plerique oēs p̄ter Ammoniū historici, qui de Iustiniani rebus scripsere: nihil tñ hic penitus liberorū ex duabus reliquit vxoribus p̄ter vnicā filiam Iustini iunioris matrē. Nec mirū vsu. n. sæpe venit quēlibet prope illustriū virorum, aut sine liberis interire, aut tales plerunq; filios habere, vt melius fuerit rebus humanis consultū, si sine posteritate decessissent. Sed vt ꝓpositū repetam⁹ opus, plurima certe & maxima bella nō suo sed legatorū suorū marte gessit Iustinianus. Nam p Mundū sui exercitus ducē Dalmatiā inuasit, & Solonā vrbē

Iustinianus Iustini ex sorore nepos.
Iustinianus Suarij filius.
Iustinianus à Iustino Imperatore adoptatus. Declaratus Insti. locus.
Iustinianus qñ regnare cœpit.
Ammonius monach⁹ à fide historica alien⁹.
Iustinianus meretricē ducit vxorem.
Iustiniani vxores duæ.
Antonina Iustin. vxor.
Theodora Iustin. vxor.
Iustinia. vnicā habuit filiā.
Magni plerunq; viri filios habere inutiles.
Mundus dua Solonā capit.
Io. præfectus Mauros opprimit.

munitissimā vi cepit, in qua victoria Mundus ipse cū filio occisus est. Mauros quoq; Aphricā infestantes ductu Ioannis p̄fecti sui oppressit: inde Belisarium patricium hominē Græcū, militaris disciplinæ peritissimum, in Persas rebelles cum exercitu misit, quos ille breui deuicit, & tota Imperij Ro. in toto Oriēti asseruit: cū victoria redeuntē, & aureo curru triūphantē magna lętitia Iustinianus recepit, idemq́; dua triumpho insignis, & bello clarus in Aphricā mox profectus, Vandalorum gentē deleuit, & Gilimerē eorū regem vi cepit. catenisq́; aureis vinctum (quòd ferro ligatū eum se nō ducturū promisisset) Cōstantinopolim vna cū sorore, & regia familia in triūphum egit anno 74 vt scribit Volat. vel vt Pau. diaconus vult. 96 ex quo Gensericus in Aphricā primū ingressus est. Cū aūt ad conspectum Imperatoris venisset, iussusq́; esset rex adorare Iustinianum, fert eum pleno ore semp risisse, atq; interrogatū, dixisse ridere se fortunæ humanę vicissitudinē, vt q modo rex fuisset, iam seruus. Hic Belisarij triumphus maior fuit, quā Persicus & pretiosior. Supellex. n. Regis distincta auro lapillisq́; & margaritis, ac septem vasa auro plena, & nonnulla gemmis in triumphū acta sunt. vt scribit Pomp. Lætus in rebus Gothicis. Post hæc Aphricā repetentes Vandalos redintegratis viribus bellū reuocantes, Iustiniano subdit, ac penitus deleuit, interfecto eorum Rege Gontarith sub pacis dolo (Nam dolus, an virtus, quis in hoste requirat?) victor. inde Romam reuersus, crucē aureā librarū cētum pretiosis gemmis ornatā, in qua res ab eo gestę cælatæ fuerunt, diui Petri Basilicę obtulit. hic Vandalorū finis fuit, anno videlicet quinto & centesimum, ex quo Aphricā primum occupauerunt, vt ipsemet Iustinianus scribit in l. 1. in prin. C. de off. pręf. prę. Aphri. & in proœ Insti. §. 1. cū ait. Post tanta tēporū spatia. Quamuis Procopius dicat Vandalorum finē fuisse captio Gilimere. qd verum esse nō pōt, cū postea, vt diximus, vires ipsi redintegrarint. Ob quas tā insignes victorias memorabile illud tēplum, qd agiam sophiam Gręci vocant, i. sanctam sapientiam CHRISTO Opt. Max. Est. n. Christus patris sapiētia, Constantinopoli incomparabili magnitudine cōstruxit. Condidit & sanctum Paulum, locum [illegible] pupillis, vt refert Suidas, dicatū. His Iustiniani successibus perculsus Theodatus Gothorum Rex. per legatos conatus est bellū, qd ei à Iustiniano imminebat, deprecari. Nā cum Amalasunta mulier cordata, & Iustiniano ꝯfœderata mortuo Atalarico eius filio Gothorū Rege adhuc impubere. eū in regno socium asciuisset, isq́; beneficij collati immemor ipsam iussisset necari, audita Iustinianus eius morte, graui mox in Theodatum exarsit iracundia. Sentiens ergo Theodatus sibi infensum esse principē, apud eū factorū impunitatē impetrare ꝯnixus est. nec eā obtinuit, fuissetq́; ei ꝯtinuo bellū illatū, sed vt sine maiore Italię motu ea res ꝯficeret, legati in Galliā missi sunt à Iustiniano, ad Clodomirū Frācorū Regē, qui magnis muneribus datis facile obtinuerunt, vt Theudebertus alij Theodebertū vocāt, eius necessarius ex Narbonensi Gallia nihil moueret, dū in Italia bellaretur. Hac igit̃ cura leuatus Iustinianus, ꝯceptas ꝯ Theodatū belli vires in Vitigē, Theodato interim è medio sublato, ꝯuertit, & Belisariū ad liberandā Italiā ꝯ Gothos misit: qui Neapolim primū vi cępit, hic Romā cum exercitu volē-

Belisarius Persas vicit.
Belisarius triūphat aureo curru.
Vandali funduntur à Belisario.
Gilimer Rex catenis aureis vincitur.
Gilimer Iusti. adorare iuss⁹ pleno ore sēp ridet.
Fortunæ humanæ vices.
Belisarij triūphus.
Gūtar. th vincitur.
C.V. annos Vāndali Aphricā occuparunt.
Procopius.
Sophiæ tēplum à Iustinia. cōditum.
Sanctus Paulus.
Theodat⁹ Gothorū rex.
Amalasūta necat.
Causa odij Iusti. in Theodatum.
Clodomir⁹ hic rex erat Aureliorum filius Clodonei regis primi Frācorum Christiani.
Thrudebert⁹ Rex Metensiū & Galliæ Narbonēsis Clodonei ex fratre nepos.

Vitigis Gothorū Rex
Vitigis à Belisario captus in triumphū agitur.
Theodebertus fœdifragus.
Theodoricus Clodouei filius.
Fran. Gothos fugant.
Græcos, q fundūt Buccellin⁹ Amingus.
Franci à Narsete superati.
Francus Iustinia-n⁹ quare dictus.
Ioannes Faber nesciuit historias.
Frāci Galliam occuparunt ante tempora Clodouei.
Blōdus historicus.
Regino monach⁹ Narses. Ioannes. Tritemi⁹. Mathæus palmeri⁹
Franci apud Cānetum uicti à Narsete.
Belisarij ad Theudebertum epistola.
Totilas Gothorū rex.
Totilas Italię ciuitates cladib⁹ afficit
Roma incēditur à Totila.
Roma fine ullo habitatore relicta.
Totilas flagellū dei cognominatus.

te populo ingressus, varia belli fortuna cū Vitige sæpe cōflixit: ac tandē eū apud Rauennā cū vxore, liberis, præcipuisq; Gothorū procerib. ac magna vi auri atq; argenti captū, ad Iustinianū Constantinopolim deduxit. Narrāt historiarū scriptores, atq; in primis Procopius, Theodebertū Francorū Regem fœderis cū Iustiniano prius icti, vel immemorem, vel potius violatorē. huius belli initio octodecim Burgundiorū milia in Vitigis auxiliū misisse: quē Vitigim cū Belisarius vicisset, Frācos quoq; ipsos belli socios & auxiliares vicisse creditur. Adde quod idem Theudebertus Francorū Rex, vt scribit Procop. cū sexaginta hominū milibus velut Volaterranus, Theodericus huius Theudeberti pater cū armatorū milib⁹ octoginta, in Italiā postea veniens, & Gothorum & Belisarij copias improuiso īpetu dissipauit, & mox cū pabuli penuria in varios languores incideret, vt est Gallorū fatū, Italiā infesto agmine petentiū, cū paucis est in Galliā reuersus dimissis I Italia Buccellino & Amingo ducibus, qui & ipsi aliquanto post tēpore à Narsete superati & occisi cū reliquo exercitu in Italia fuere: vt scribunt Anto. Sabel. Procop. & Paulus Diacon. Ob quas victorias Iustin. forsan se Francū vocat quamquā Ioann. Fab. haud satis historiæ gnarus, in proœmio Institutionum ciuiliū, non de nostra sed Germaniæ Francia Iustinianum cognomēto Francū dici falso putat. Nā ante tēpora Clodouei ipsius Theudeberti aui, Frācos ipsos Sicābricos, seu (vt Faber vult) Germanicos, in penitiorem commigasse Galliam, eamq; totam fere occupasse nemo vel mediocriter doctus ignorat. Procopio adstipulatur Blondus Foroliuiēsis de inclinatione imperij Romani, Francos à Iustiniano victos esse asserens. Ad hæc Regino Monachus libro annaliū primo author est Narsetē Iustiniani patriciū, cū Buccellino & Amingo Theudeberti Francorum Regis ducibus (qui Italiā deprędabantur) pugnasse, eosq; interfecisse. Reginoni subscribit Ioannes Tritemius de origine Frācorū, & ipse et Ammon & Matthæus Palmerius Florentinus in Chronico eosdem Francorum Duces prope Tarentū fuisse à Narsete oppressos affirmās, velut Rapha. Volater. scribit apud Canneium Campaniæ oppidū. Scribit Procopius in lib. 5. de bello Gottico, Belisariū in huius belli initio hęc ad Theudebertū scripsisse: Satius est secura sua vt quisq; possideat, quam dum aliena nimiū appetit, de suis rebus periclitetur. Superato Vitige, Gothi, qui per Italiam remanserant, absente Belisario, regem sibi eligunt Totilam, magni animi virum, qui cōfestim Florentiam obsedit: sed à Iustiniani ducibus (quos Belisarius in Italia dimiserat) repulsus est, qui cū paruo interdictū tempore Neapolim cepisset, Belisarius ad curā belli Italici rursus a Iustiniano delectus, in Italiā reuersus est. interim Totilas Rex, Italię ciuitates miris cladibus direptionibusq; afflixit, Romāq; infenso agmine ingressus diruptis, incēdijsq; tertia parte murorū euersa, ciuesq; varie iactanit, & vrbē penitus desolatā, ac sine vllo habitatore reliquit. Narrat Procopius Romā quadraginta diebus in solitudine fuisse, & tredecim emicuisse flammam. Pari crudelitate Florentiā in Hetruria solo æquauit: quibus cladibus Dei flagellū cognominatus est, vt scribit Raphael Volaterr. in gestis Gothorū. Verū Platina in Leone primo non húc, sed Attilam flagellū Dei vocitatum esse vult. Blondus, Foroliuiēsis de inclinatione Romani Imperij author est, capta à Totila vrbe Rusticianam nobilē mulierem, Romæ inter mendicantes inuentam, eo iudiciū à Gothis fuisse arreptam q Theodorici regis statuas frangi fecisset, in patris sui Symmachi & Boetij cōiugis vindictā, q Theodorici iussu fuerāt interfecti de facto nihil ambigebatur. Cæterū mulieris pietas, & amor in defunctos plus valuit apud Totilam, quā regia maiestas, absoluta a rege est, ac nequa vis illi fieret, diligenter cautū. Scribunt Procopius & Petrus Crinit⁹, Belisarium ad Totilam (cum is de euertēda vrbe Romana cogitaret, vt eū à tā nefando cōsilio deflecteret) literas his verbis misisse. Si hoc bello victoria ad te declinabit, Romamq; deieceris: rē haud sane alienā, sed tuā perdetū ibis: sin victus eris, seruata vrbe gratias immortales, deleta vero humanitatē nullā à victore expectare debes, Vale. quam quidē epistolam refert Procopius, Totilam sæpe perlegisse, eiusque animo eius admonitionē accepisse, & ab incœpto diruendæ vrbis opere destitisse. Verum cum media iā plus parte deflagraret, tota fere incendio cōsumpta est, vnde & Francorū Rex Totilæ eius filiā ambiaius vxorem peteti, nuptui dare nnluit. quod diceret eū non esse Italiæ regē, qui Romam rerū dominam, & Italiæ caput incendisset. Belisarius aūt Romam desolatā protin⁹ occupat, & incredibili celeritate communit. Septē n. & viginti dierū spatio, fossa, vallo, propugnaculis, omnifariamq; munitionibus, aduersus oēm vim carrariā, hostilemq; impetum ipsam vrbē instruxit: Totilamq; iterū reuertētem magna vi repulit: quem si fugientem Belisarius fuisset persecutus Gothicæ victoriæ laudē Narseti ademisset, post cuius digressum claues vrbis Constantinopolim ad Iustinianū misit, vt sciret vrbem iterū à se in libertatem esse assertam. Deniq; cum imparē viribus se esse cerneret, nec fortuna (quæ ab initio fuit) perseueraret, per Antoninā vxorem, quam ipse pmiserat, à Iustiniano missionē impetrauit, vt scribit Procopi⁹. Alij à Iustiniano reuocatū ferunt ob falsam affectati Imperij suspicionē, quod. l. Vitige capto, Gothi ei omnes regnū Italiæ obtulissent: quod tñ, vt scribit Procopius, omnino recusauit: vtcunq; res habeat, cōstat hercle eū post multas victorias, & peractos triūphos, exitum tandem habuisse magnis plerunq; viris, & optime de Repub. meritis rhem. Nam Iustiniani iussu, siue Triboniani eius Cancellarij, cuius prima apud ipsum principem erat authoritas, odio quo potius inuidia, seu veteris (vt diāt) belli suspicione excæcatus est, eidemque oculi crudeliter exempti: qui tam graui. tamq; iniqua oppressus fortuna, tuguriolum sibi prope viam construi fecit, in quo reliquum vitæ transigeret, victum quæritās, & hoc subinde prætereuntib. dictitans: Date stipem Belisario, quē rerum prospere gestarū magnitudo extulit, inimicorum inuidentia excæcauit. Hæc Procopius, & Petrus Crinitus. Ammonius vero monachus scribit reuocatū quidem à Iustiniano per inuidiā fuisse Belisarium, ac patriciatus dignitate priuatum, q cum priuatā ageret vitam, duodecim milia hominū semper secum haberet, Iustinianum vero Imperio à Floriano deiectum restituisse, atq; ob id in Iustiniani gratiam eum redijsse, Italiamq; denuo cum exercitu aduersus Francos petijsse, & ad postremum cū paucis ꝯ multos Francos fortiter magis, q̄ prudēter præliantē occubuisse. Et qui multarum sui triūpho gentiū captiuos adduxerat reges, à Francorum legato victum, vita simul & nominis sui gloria spoliatū esse. Qua in re tm abest, vt Ammonio accedā, vt nihil minus credā. Veri. n. mihi simile non est Belisarium a Iustiniano reuocatū, belli missionem turpiter ac ignominiose passum, omnibusq; dignitatib. priuatum, duodecim milia hominum alere, vel cōsueuisse, vel potuisse, vt pote, cui ex facultates via esse poterant, vt tm hominum toleraret, nec si tantæ fuissent, permisisse Iustinianum credam. Fuit autem Belisarius vir alioquin militaris disciplinæ peritissimus, tanta ad hæc comitate, quanta dua illius ætatis, quod sciam, nullus: vt inuicta diuiti inopiq; comis, facilisq; semper occurreret. Exegit hic a militibus seuere abstinentiam, vt ne ex humili quidē plebe paterentur violari quenquā, nec militaribus vijs

ex

Florentia solo æquata.
Rusticiana Boętij uxor, Romæ inter mendicātes inuenta.
Theodoricus Gothorū rex Symmach. Theodorici iussu occisus Boętius philosophus & senator Romæ.
Belisarij ad Totilā epistola.
Roma rerum dña.
Romam Belisarius mira celeritate instaurat.
Belisarius missionē impetrat.
Gothi Belisariū regem facere voluerunt.
Solēt magni viri miserabilem plerūque exitū habere.
Belisarius excæcatus.
Belisarius stipem à prætereuntibus petit.
Belisariū victus excusat inuidentia excæcauit.
Belisari⁹ Iustinianū in regnum restituit.
Belisariū à Frācis occisum scribit Ammonius monach⁹.
Belisarij laus.

Militum disciplina sub Belisario maxima.

Miles insolens nihil victoriarũ parit.

Belisarij religio & pietas.

ex arboribus fruges pomave temere decerpi. Hæc disciplinæ militaris severitas præclaras illi peperit victorias. Quid enim victoriarum ab insolenti milite, quales hodie nostrates omnes fere videas, consequi possis? Porro subversa militiæ disciplina, cũ id militi liceat q̃ libuit, nihil expectari potest aliud in castris, quã seditio, quã pavor fuga, serviens & iniectũ cervicibus iugum. Iam & in eo non parvum bellicæ virtutis exemplũ extitit Belisarius: quod octo circiter Græcorum millia eius ductu ducenta fere Gothorum millia ex Italiæ possessione propemodum deiecerunt. Et cum bello talis esset Belisarius religio pietasque præcipue illi curæ fuit. Intulit enim ex Vandalorum, vt diximus, manubijs crucẽ auream centum pondo, gẽmis distinctam, beati Petri templo, Cerostrata itẽ duo magni precij. Ædificavit ære suo xenodocia duo. Fanũ quoq; vnum prædijsque ditavit: de cuius laudibus ita scribit Suidas. Belisarius dux corporis, cũ pulchritudine, tum proceritate ac faciei formositate facile omnes superabat: facilem & accessibilem vnicuiq; se præbẽs allocutione, adeo vt pauperi & inglorio cuique similis esset. Amor eius in milites, & agricolas inexpugnabilis: in milites quidẽ, omnium maxime sui temporis dona largiebatur: in agricolas tanta parsimonia ac providentia vtebatur, vt bellante Belisario, nullũ vnquam violari contigerit. Vendebantur.n. ad ipsũ omnia venalia iuxta sententiam, segetibus vero florentibus diligenter cavebat, ne alicuius prætereuntium iumentũ eas depasceretur. Fructus autem in arboribus maturos existentes nulli omnino tangere sinebat. fuit insuper prudens & valde fortis. Et in Belisario hę quidem fuere virtutes. Cæteri Iustiniani, præter Narsetẽ, duces, qui post illum in Italia exercitum habuerunt, multo inferiores habendi cõsilio, comitate, abstinentia: quo contigit, vt breui cum ipso duce belli quoq; fortuna sit mutata. Alij dicunt non dignitate privatũ Belisarium, sed fama belli Parthici (quod imminere videbat Iustinianus) ab eo à rebus Italicis in Græciam revocatum, idq; Pomponius Lætus, & Anto. Sabel. literarum monumentis tradidere. Eo autem in Græciam abscedente Germanus patricius Iustiniani Augusti frater patruelis vir impiger, & militari disciplina clarus, contra Totilam (qui absente Belisario Romam receperat, & eam instaurare civesq; revocare studebat) missus, in Illyrico morbo occubuit: in cuius locũ Narses Eunuchus à Iustiniano suffectus, Totilam primum, deinde Theiam reges superavit, & occidit. Valebat hic Narses plurimum gratia apud Augustũ, administrabatque eius aulam arbitrio suo, vir ad omnia virtutis opera natus, magnus quidem cõsilio, sed religione ac pietate maior qui multo plura sit votis consecutus, quam vi & armis. Iustinianus haud multo postquã Italia à Gothis, à Vandalis vero Aphrica armis vindicata est, atq; adeo postquam omnis Libya Romano Imperio reddita, multaque præterea ab eo interim bella feliciter gesta, vt eius gloria domi iuxta forisq; conspicua esset, ad civilem Reipublicæ statum in primis reparãdum animum appulit, & immensam legum congeriem ad communem studiosorũ vsum in brevem coarctavit formã: cũ incondita prius & sparsa civilis illa iuris corpulentia obrueret magis adolescentum studia, quam institueret. Nã ad duo fere millia librorum volumina in quinquaginta libros digessit, horũ coagestum Digesta appellant, sunt qui Pandectas vocent, quod iuris scientiæ omnimodã cõtineant doctrinã. Edidit & Epitomem legum, partitus materiam, alioquin vberrimam in quatuor libros, Institutiones passim vocant Novas quoq; leges, quas ipse statuerat, in vnum Codicem redegit, Novellamq; nuncupare voluit: hodie Voluminis nomen sibi vendicat Omnes dein principum constitutiones, quæ in multis sparsim voluminibus habebantur, in duodecim contraxit libros, Iustiniani Codice vulgo nuncu-

Germanus patricius Iust. frater patruelis.

Narses eũ Totilas a Narsete vincuntur. Theias occiditur.

Narsetis laus.

Narses plura votis quã armis est cõsecutus.

Iustinianus leges in epitomen redegit.

Duo millia librorum leges olim continebant.

Digesta. Pandectę. Institutiones, Novella. Volumẽ. Codex Iustiniani.

pant. Ex prædictis igitur palam est Iustinianum Imperatorem, primum quidem omnium post adeptum ab eo imperium, bella in Gotthos Vandalosque gessisse, atque his prospere confectis, immẽsa veteris prudentiæ volumina, Epitomen redegisse: id quod ipse testatur in Proœmio institutionum. §. Quorum vitam que ibi, Post tanta temporum spatia. & in l. ij in principio. ibi. post bella enim Parthica &c. C. de veteri iure enucleando. & in l. i. §. merito igitur. C. de Iustiniano Codice confirmando Nec obstat C. de emẽdan. codi. do. Iusti. in princip § igitur. vbi Accursius asserit Iustinianũ leges prius emendasse, quam arma tractasse. Nã licet in ipso Imperij sui initio leges antea sparsas in vnũ corpus colligere proposuerit, cœperitque: bellis tamẽ varijs ab instituto avocatus nihil ille perfectum aut absolutum reliquit, præter veterem illum Codicem quem finitis postea bellis, substituto illi novo Codice penitus abrogavit. Et hunc quidem in digerendis iuris voluminibus ordinem servavit. Nam antequam bella gereret Iustinianus, Codicem illum, quia à nobis nũc desideratur, ex tribus veteribus, Gregoriano scilicet, Theodosiano, & Hermoniano codicibus edidit. de in bellis de eo gestis, ex multis legũ milibus quinquaginta Digestorum libros contraxit. Tertio Institutiones civiles inde eum, qui hodie circunfertur, Codicem divulgavit. ac demum Novellas seu parvũ, quod vocant volumen in lucem emisit, vt recte scripsit Accursius in Proœmio Institutionum §. Hæc de iuris structura à Iustiniano compacta Pomponius Lætus, cæterique pene omnes historiarum scriptores memorię prodiderunt. Addunt Antoñ. Sabel. & Platina in Bonifacio ij. Iustinianum ipsum nõ modo iura condidisse, sed de Christi quoque Incarnatione pie simul & eleganter scripsisse. Cæterum tantum abesse putat Suidas Græcus iura à Iustiniano fuisse condita, vt eum ne elementariũ quidẽ fuisse, sed prorsus analphabetum. Quod si ita haberet, fieri meherele non potest, vt homo ignarissimus, & qui ne abecedarias quidem novit literas, tot veterum iurisconsultum scripta intellexerit. totque leges callere & in ordinem redigere potuerit. Consequens igitur esse dicetius, non Iustinianum (vtpote literarum omnino expertem, iurisque civilis prorsus imperitum, inter porcos & armenta genitum, natum, & educatum:) sed Tribonianum eius quæstorem virum doctissimũ Pandectarũ fuisse totiusque iuris architectũ: quod & ipse in proœmijs Insti. Digestorumq́ue plane testatus est. Multum itaque debet, cum in rebus bellicis Iustinianus Belisario, Narseti, Ioanni, ac Mundo inclytis belli ducibus: tum vero in civilibus. Triboniano, Dorotheo, ac cæteris eiusdem farinæ viris, qui ipsius Iustiniani gloriam domi militiæque famigeratã reddiderunt. Nam cum nulli unquã interfuerit bello, nec legem noverit vllam, multas tamen de hostibus victorias eum retulisse. iuraque cõndidisse, & ea omnia in ipsis cordis penetralibus clausa habuisse constans fama prædicat. Qua ex re maiorem retulisset gloriã Iustinianus, quam si Imperij fines longius protraxisset: nihilq́, ei ad summam defuisset laudem: si fons publici privatiq; iuris tali quo & pestilẽti authore caruisset, idest, si eo Triboniani viri, meherele improbi, impijque opera in condendis legibus vsus fuisset Iustinianus. Quod sanè efficit, vt eius inconstantia non parũ suggillaretur. Nam vt ait Suidas, Tribonianus, Græcus ac impius fuit, omnis religionis contemptor, & alienus in omnibus à fide Christiana, adulator, deceptor, & fraudulentus, qui Iustiniano regi persuasit eum non esse mortem oppetiturum, sed in cœlũ vna cum carne assumendum. Fuit autem quæstor Iustiniani, qui naturæ potentia & dotibus pollens, ad summum eruditionis fastigium pervenit, vt nemini sui tẽporis facundia & eruditione cederet. Cæterum studio avaritiæ vsque adeo deditus, vt ius fasq; venale haberet,

Iustinian. prius bella gessit: deinde iura digessit.

Accur. lapsus.

Codices duos fecit Iustinianus.

Ordo librorũ iuris.

Codex vetus.

Digesta. Institutiones. Codex novus. Novella.

Iustinia. scripsit de Incarnatione.

Iustinianus inter porcos genitus & educatus.

Tribonianus iuris architectus.

Iustinianus nec bellũ gessit vllum, nec legem novit.

Tribonianus vir improbus & à Christo alienus.

Triboniani mores & ingenium.

Trebonianus studio pecuniæ feliciter semper incubuit.

Tribonianus leges fixit precio atque refixit.

singulis diebus, vt plurimum leges irritas, ac ratas faciens: prout vsus eorum, à quibus pecuniam acceperat, requirebat: cùm annos multos in honore vixisset, morbo tandem decessit, studio pecuniæ semper quoad vixit feliciter incumbens, nec vnquam vlla prorsus iniuria ab aliquo affectus: Quod scilicet sermone blando, comique erat, vt auaritiæ notam abundantia eruditionis facile obscuraret. Procopius tamen libro belli Parthici primo refert fuisse Tribonianum vna cum Ioanne, vt populi seditiones ad tempus sederat à Iustiniano quandoque deiectum vt non absimilem illi fuisse arbitrer, quem Vergilius libro vj. notat, qui leges fixit precio, atque refixit. Qui Procopius cum Proculũ laudare vellet: Erat, inquit, Proculus imperatoris assessor magistratum quæstoris gerens, vir in primis iustus, & procul ab omni auaritia: ideo neque aliquam legem in alicuius gratiam conscripsit: vt iam Triboniani improbitas nemini ignota esse debeat, tametsi eum Iustinianus vbique laudet, verum facile est fucum imponere regi. Adde, quod Tribonianus, & qui cũ eo operã consarcinandis iuris ciuilis libris dederunt, immansam illam legum multitudinem, in clementiũ medicorum more ad viuum resecantes, accisas nobis Pandectas verius, quam compendiosas (vt Gulielmus Budæus vir doctissimus rectissime scribit) dederunt, nimia enim religione verentes, nade fere, vedicitur, duodecim Tabularum hausisse aliquid viderentur, id est, de prisca nimis & obsoleta antiquitate, dum de liquido tantum & nitido promere volunt, aridiora procul dubio volumina, nec suum quorundã satis explenda reliquerunt prorsus vt in Pandectis struendis dormitasse verius credantur, quam recte aliquid & compendiose digessisse. Iustiniani anno, ex quo imperare cœpit, quadragesimo, vel vt alijs placet, vndequadragesimo, cum annum agens quadragesimum Imperij habens suscepisset, amens & stultus iampridẽ factus in ægritudinem tandem incidens, Iustinum ex filia nepotem, consortem Imperij fecit, caputque eius diademate ornauit, fortunęque fauentis signũ in eius cubiculum misit, nec multo post ingrauescente morbo, non sanus mente decessit. Qui ex quo Augustalem adeptus est sedem, veterem Romani Imperij gloriam inclinatã iam prope & collapsam, in pristinam vindicauit maiestatem, eamque mirum in modum auxit, & firmiorem, quam antea reddidit, maximus certe & augustissimus princeps, nisi auaritiæ & delitijs Eutychiani tenus fuisset. Nam licet in ipso principatus sui limine orthodoxus in primis fuerit, atque Christianissimus (authoribus Suida Græco, ac Io. s. Pont. Max. in epistola, inter citatas in fi. C. de sum. Tri. & fide catho. & eius nomen Ioan. Fab. in sanctorum catalogo apud historicos scriptum se legisse dicat: vulgoqua id multis iam seculis in Aurelianum alijsque iuris ciuilis scholis receptum sit, eorum videlicet bidelis Iustinianum inter diuos relatum palam proclamantibus) graui tamen postea hæresis Eutychianæ infamia respersus est. Cum prius Calcedonense cõcilũ, quo ipsius Eutycheus opinio dãnata est, probare se asseruisset, literis hac de re vna cum muneribus ad Ioann. eum, quẽ nuper dixi, secundũ publice missis. Quod & ipsemet testatur in l. 4 ad fi. C. de sum. Tri. & fide catho. & in Auth. de eccle. tit. col ia. A quo Agapetus primus pontifex max. ad eum à Theodato Gotho ad excusandum Amalasiuntę mortẽ orator missus, de Eutychiana hæresi diu tentatus, constantissime tenuendo dixisse fertur, Ego ad Christianissimum principem venire optaui. sed Diocletianum inueni, qua ter monnis libertate effecit, vt permotus princeps ad sanitatem redierit, Anthemiũque eius authorem mali, Constantinopolitanũ præsulam, in exilium miserit, & Mennam catholicum in eius locũ suffecerit, in quã tamen heresim haud ita multo post relapsum esse eũ in confesso est, instigante præsertim Theodora Augusta,

Proculus vir probus.

Tribonianus accisas magis quã compendiosas fecit Pandectas.

Iustinia. vixit ann. 80.

Iustinianus imperauit annis 40.

Iustinianus amẽs interijt.

Iustinianus auarus.

Iust. Ioan. Fa. scribit inter diuos relatum.

Iustinianus hæreticus.

Agapetus I Pontif. Max.

Agapeti libere dictum.

Anthem. hæreticus.

& Triboniano eius quæstore viro à Christiana religione prorsus alieno. Hæc siquidem Theodora cum Siluerio pontifici, mortuo Agapeto iussisset, vt pulso Menna Constantinopolitano antistite Anthemium ab exilio reuocaret, idque negasset Siluerius se facturum, quod pontifica dignitate incolumi præstare nõ posset, excanduit fœmina insolens, & quæ sibi nihil non licere arbitrabatur, scripsitque ad Belisariũ, vt Siluerio pulso, Vigilium diaconum (cuius impulsu Anthemiũ restitui Theodora petebat) in eius locum substituat. Belisarius rei bellicæ intentus, Antoninæ coniugi negotium dat, quæ subornatis à Vigilio testibus (qui Siluerium dicerent consilia agitasse de vrbe Romana Gothis prodenda) hominem cogit se dignitate abdicare, palliòque deposito monastica se cuculla inducere, sicque in Pontiam relegatus insulam breui post tempore decessit, ac tandem in martyrum ordinem relatus est, cuius festũ celebratur duodecimo calendas Iulias. Qui Siluerij legendam, quã vocant, scripsere: dicunt eum ab æmulis accusatũ, quod per literas & nuntios Vitigi pollicitus esset, Asinariã se Gothis portam noctu patefacturum, Lateranensi domui, quantum pontifex incolebat, proximam, eamque ob rem à Belisario appellatum, abisque accidisse, vt cum Siluerius ad ducem veniret, assideret ille Antoninæ coniungis lecto, quæ ex Neapoli accersita languebat adhuc è via, & vt est mulierum in potestatibus intemperies, insolensque & importuna loquacitas: vbi hæc, Siluerium ad se venientem vidit procul, stulula voce correptum inclamat. Quo mea, bone vir, quo ve Belisarij mei merito, tua Gothis prodimur opera? Sic illa, ac ne potestate quidem Siluerio diluendi criminis facta, pontificium ei cultum detraxit, ac se poni iubet. Et hæc quidem gesta sunt Iustiniano palam non iubente, inconstantiæ argueretur: cum & ipse Anthemium in exiliũ misisset, sed cõniueret omnia ferente Siluerio ad hũc modũ Vigilij fraude & calumnia relegato. Vigilius ipse ex Theodoræ Augustæ Antoninæ Belisarij coniugis sententia, pontificiam sedem accipiens, qui cum in creatione sua Theodoræ imperatrici promisisset reuocaturũ se Anthemium, paulo ante vt dictum est, ob hæresim Eutychianam à Constantinopolitano pontificatu pulsum cœpit imperiosa mulier instare, vt Anthemium restitueret, quod se facturum Vigilius cùm pertinaciter negaret, malis promissis standum non esse asserens, indignata Theodora Vigilium vi ad se adductum & fœmineæ mandata facere nolẽtẽ, ita cædi iussit, vt parum ab internitione abfuerit, eumque in Euphemiæ templũ furtim elapsum, & indeà tortoribus violẽter extractum, iniectáque in eius collum laqueo per totam vrbem ad vesperam vsque distractum, tandem in carceres mitti præcepit vbi aliquandiu panis duntaxat fuit illi cibus, & aqua potus. Clerici autem qui eum secuti fuerant, partim in exiliũ acti, partim vero in metalla damnati sunt. Tam fœdã ignominiã, & verbera, & laqueos, & carceres passus est Vigilius, in domino principali, Iustiniano ipso (qui paulo ante venientem eum Constantinopolim summa cum veneratione exceperat, ac præcedente clero & populo, ad Augustissimum Sophiæ templũ perduci iusserat) non solũ, vt par est credere, audiente, sed vidente &, & patienter ferente. Adde, quòd cum alterum iam annum pene exactum in vinculis fuisset Vigilius tentauit Iustinianus per Pelagium (qui Roma ad eum venerat rogandum, vt Totilam ab euertenda vrbe Romana auerteret) flectere eius animum, vt Anthemium restitueret: ad postremum qui sententiam mutare noluit, flagro adhibitus est permissu principis, ac per vrbem iterum laqueo distractus, & demum in carceres reiectus. Inde plures annos I vinculis fuit Vigilius, nec prius solutus, quã Narses extremã manũ reb. Gothicis imposuit. Hæc ideo scripsi, vt intelligat cupida legum iuuentus, nõ tam pium fuisse Iustinianum

Menna Constantinopo. præsul.

Iustinianus in hæresim relapsus.

Theodora Augusta male sentiens de fide. Siluerius Pont. Max. Belisarius.

Antonina Belisarij vxor Siluerium Pontificatu priuat.

Syluerius inter martyres relatus.

Asinaria porta.

Mulierũ intemperies.

Vigilius in Siluerij locũ suffectus.

Vigilius malis promissis stare recusat.

Vigilius cæditur.

Vigilius ignominiose à tortore per vrbẽ Constan. trahitur.

Pellagius.

Vigilius iterum per vrbẽ Constã. distractus.

Vigi. Narsetis interuẽtu vinculis solutus.

nam, quam Ioannis Fab. scripta praedicat. Verum fertur ipse Iustinianus inclinante iam, & ingrauescente eius aetate parum fuisse, vt diximus, mentis compos, quam nacta occasionem Theodora Augusta, vt erat mulierum animus gloriae & principatus appetens, magnam administrationis partem ad se traxerat. Inciderunt in Iustiniani huius principatum administrationes pontificum Romanorum septem quorum primus Felix quartus, qui vt morientes vngerentur, instituit Bonifacius secundus, qui sanxit ne episcopus sibi sacerdotij successorem legeret, & profanam à clero plebem, cum res fieret diuina, discreuit. Tertio loco Iohannes secundus, qui Anthemium haereticũ Constantinopoleos archiepiscopum damnauit, cuius Iustinianus damnationem per literas publice laudauit. l. 4 §. suscipimus. ver. & sanctorũ patrum. C. de summa Trin. & fi. Cath. & gratiosa ad eum misit dona, anteã scyphum gemmis ornatum, & alia multi precij munera, quę Vaticano templo illata sunt. verum eo mortuo Iustinianus, mutata mox voluntate, in Eutychianam haeresim lapsus, eam constantissime eatenus amplexus est, donec ipsum Agapetus ad veram reduxit fidem, quam nec ille diu integram seruauit. Hic est illa Ioannes qui scripsit epistulam, inter Claras. C. de summa Trini. & fi. Cath. Agapetus quoque primus, quem à Theodato Gotthorum Rege ad Iustinianum Imperatorem, qui Amalasuntae reginae vltioni imminebat missum fuisse nuper diximus, eumq́; ab haeresi Eutychiana ad orthodoxam reuocauit fidem, quo vita functo, iterum desipuit Iustinianus. Ad haec Siluerius primus vir sanctus, qui calumniam passus est apud Belisarium accusante Vigilio diacono, vt paulo ante à nobis scriptum est. Dein, & Vigilius ipse eius nominis primus, quem nuper nemini varijs contumelijs, verberibusque tortu Theodorae fuisse affectum, quod Anthemium haereticum ab exilio reuocare nollet, in quib. & extinctum eum veterem calumniae culpã optimo fine compensasse scribit Raphael Volaterranus, Alij nõ extinctum scribunt, sed longo carcere fuisse detentũ, ac tandem Narsetis precibus liberatum Romamq́; reuertentem calculi morbo Syracusis periisse. Ab hoc Vigilio synodus quinta Constantinopoli, Iustiniano adhuc inhumanius agente celebrata est, vbi contra Theodorum Coriarium statutum fuit, vt virgo Maria Theotocos idest, Deipara, seu Dei mater appellaretur, Anno à Christi natali 440 vnde & diuam annam Theotoci, idest, Dei genitricis matrem esse recte dicimus: licet in ecclesiasticis illis libris, quae breuiaria vulgo appellant, Theodoci matrem eam esse corrupte scriptum sit. Quod si vera sunt haec, quae de quinta synodo authore eodem Vigilio, sub Iustiniani principatu cõgregata scripsimus (sicut certe verissima esse nemo nescit literatus) à fide haud dubie abhorrent, ac velut ex diametro distãt, q̃ de eadem re in literas misit Gratianus in decretis canonicis, is namque non Vigilij pontificatu, sed Iulij quintam ipsam synodum vniuersalem fuisse coactam author esse fertur in capitulo, sexta. & capitulo sequenti §. Quinta decima sexta distinctione. Quod nulla ratione fieri potuisse tã mehercle palam est, quàm coeli sydera clara. Nam duo tantum pontifices maximi Iulij nomen fuera adepti, quorum vterque multis à Iustiniano distat seculis, de Iulio enim secundo, nihil ambigitur, quippe quẽ vidimus ipsi, nongentis amplius post Iustinianum annis. Priorem autem Iulium Constantini magni principatus habuit, qui longo temporis interuallo eum, quem nuper dixi, Iustinianum ante cessit; inter quem & Iustiniani Imperij primordia, viginti intercessere Romani pontifices. Ex quo constat quintũ concilium non Iulio praeside, vt sentire videtur Gratianus, sed Vigilio Iustiniani contemporaneo fuisse indictum. Caeterum malim ego dicere textum in dicto §. Quinta, esse corruptum, & ex puncta ibi dictione Iulij in eius locum Vigilij, verbum esse substituendum, quam fateri tantum virum, tam foede, in re maxime aperta fuisse lapsum. Simili errore laborauit Paulus diaconus, in Iustiniano minore quintam synodum tempore Iulij factam fuisse falso asserens. Vigilio ita, vt proximo est loco à nobis proditum, vita functo, Pelagius primus extremis Iustiniani temporibus sacram Romae tenuit sedem, qui vt clerici septem horas canonicas, pensum seruitutis ecclesiasticae quotidie obirent constituit. Et vt haeretici secularium manu coercerentur, si ad sanitatem trahi aliter nõ possint. Conijciuntur in principis huius tẽpora viri ingenio & eruditione illustres, Cassiodorus Rauennas, qui ex consule monasticam amplexus vitam, non pauca de rebus diuinis scripsit, cum multa prius de republica scripsisset senator. Priscianus Caesariensis, qui in grammatica arte iam multa scripsit, quam nemo ante eum alius. Arator carminum conditor, quibus Euangelicam est historiam complexus: Iustinianus Valentinae ecclesiae antistes, rerum diuinarũ studio non obscurum nomen adeptus. Dionysius Abbas, qui Romae Paschalem calculum mira arte composuit. Probantur & Facundi scripta ea tempestate in Eutychianos edita. Adde & Amalasuntam Atalarici Gothorum regis matrem, cui tantam fuisse indolem scribit Cassiodorus, vt sine veneratione eam viderit nemo, & pro miraculo fuerit audire loquẽtem, cum Graece Latineq́; sciret egregie, & linguas omnium gentiũ teneret, quibus aliquid adhuc commercij fuit cum Populo Romano, quę cum filium bonis artibus, moribusque instituere conata esset, optimo eius consilio nihil ęque obstitit, ac eorum qui puerum regebant auaritia, nihil minus ad suas cupiditates explendas expedire arbitrantium, quam frugi & moderatũ habere principem. Habuit illud Iustiniani seculũ, & viros sanctitate claros Benedictũ monasticę vitę institutorem in Cassino monte. Maurum eius discipulum in Gallia, Germanum & Genouefam Parisijs. Apud Scothos Brigidam. In Italia Siluerium pontificem martyrij lauream sub eodem Iustiniano adeptum, ac demum Clodoueum primum Gallorum regum Christianum, qui sub ipso ineuntis Iustiniani principatus articulo fatalem obijt diem.

F I N I S.

Marginal notes (left):
Iusti. fieri diuos nõ fuit relatus.
Iustinia. extremis die. mẽtis ipsos fuit.
Mulier principatus appetẽs. Iust. imperãte sedere pôtif. Ro. 7.
Felix. 4. Pon. Max.
Bonifa. 2. Pont. Ma.
Lex 3. & epla inter claras. C. de sum. Triu. scriptae sunt antequã Iusti. in haeresim laberetur.
Agapetus 1. Pontif. Max.
Siluerius 1. Pontif. Max.
Vigili9 1. Pont. Ma.
Theotocimi Anna dicta Correctus locus in vita diuę Annae.
Gratian9 à qbusdã vt lapsos Iulij Ponti. Ro. duo tñ fuere. Iulius 2. Pont. Ma. Iul. 1. Ponti. Max. sedit tẽpore Cõstantini magni.

Marginal notes (right):
Vigilius Iustiniani cõtẽporaneus.
Gratianus à calũnia defensus
Pauli diaconi lapsus.
Pelagius 1. Pontif. Max.
Viri illustres tẽpore Iustin.
Cassiodorus. Priscianus. Arator.
Iustinianus antistes.
Dionysius abbas. Facundus.
Amalasũta Regina Graece. Latineq́; docta.
Auaritia aulicorũ principi perniciosa.
Principũ institutores ab auaritię vitio alieni esse debent.
Benedict9 abb.
Maurus abbas.
German. antistes.
Genouefa.
Brigida.
Siluerius marty.
Clod rex.

Carmina Rubricarum primi libri Institutionum, quæ sunt numero vigintisex.

Iustitia, ius natura, personaq; subsunt.
Ingenuos, debent libertini sociare.
Non oīs dominus seruos sic liberat, vt vult.
Fusia lex iuris alieni, patria virtus.
Nubet, adoptauit, soluet, tutela, dabitq;
Agnatos, capitis, patronos, atque parentes.
Est fiduciarius tutor, est Attilianus, & author.
Finit curator, teneatur, satisdare tutor.

De iustitia & iure. De iure naturali, gentium, & ciuili. De iure personarum. De ingenuis. De libertinis. Quib. ex cau. ma. non licet. De lege Fusia Caninia tollē. De his qui sui vel alie. iu. sunt. De patria pote. De nuptijs. De adoptionibus. Quibus mod. ius pa. po. sol. De tutelis. Qui testamento tutores dari possunt. De legitima agnatorum tutela. De capitis dimi. De legitima patronorū tutela. De legitima parentū tutela. De fiduciaria tutela. De Attil. tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur. De authoritate tutorū Quib. mod. tut. finitur. De curatorib. De satisdatione tut. vel cura. De excusa. tut. vel cur. De suspectis tutoribus vel curatoribus.

Rubricæ secundi sunt vigintiquinque.

Res, corpus, seruit vsufructus sit & vsus.
Est vsucapiens, est donans, est alienans.
Quero, testari, miles, permittere non vult.
Exhæres, hic instituit, bis substituendo.
Infirmat vel ïofficit, hæres qualia legat. (dex.
Hinc adimit, Falcat, cōmittit, singula, Co-

De rerum diuisione, & acquirendo ipsarū dominio. De reb. corporalibus & incorporalibus. De seruituti. rustico. prædio. & vrb. De vsufructu. De vsu & habitatione. De vsucapionibus, & longi temp. præscr. De donationibus. Quibus alienare licet, vel non. Per quas personas nobis acquiritur. De testamentis ordinandis. De militari testa. Quibus non est permis. facere test. De exhæredatione liberorū. De hæredib. instituendis. De vulgari substitu. De pupil. substi. Quib. mod. test. infirment. De inoffi. test. De hær. qual. & diffe. De legatis. De ademptione legato. De lege Falcidia. De fideicōmissarijs hæred. & ad senatusconsultum Trebel. De singulis rebus per fideicommissum relictis, De codicillis.

Rubricæ tertij sunt triginta.

Fert intestatus, agnatus, Tertyl & Orfic.
Cognatus gradibus, seruus, libertus inhærent.
Signo libertos, possessus: & arrogo querens.
Post addicta bona, successio dupla recessit
Obligore, verbis, duo, cum seruis stipulantur
Diuidit, est & inutilis atque fideiubet omni.
Litera, consensus, emit, & locat, hinc sociabit.
Et post mandatū quasi cōtraho, quærito, tollo.

De hæreditatibus quę ab intest. deferuntur. De legitima agna. successione. De senatusconsulto Tertylliano. De senatusconsulto Orficiano. De successione cognatorum. De gradib. cognationum. De seruili cognatione. De successione libertorum. De assignatione libertorum. De bonorum possessionibus. De acquisitione per arrogationem. De eo cui libertatis causa bona addicuntur. De successionibus, quæ fiebant per bono. venditiones, & ex senatusconsulto Clau. sublatis. De obligationibus. Quibus mod. re contra. obligatio. De verb. obli. De duob. reis stipulandi, & promittendi. De stipulatione seruorum. De diuisione stipulationum. De inutilib. stipu. De fideiussoribus. De literarum obligationibus. De obligation ex consensu. De emptione & vendit. De locatione & conductione. De societate. De mandato. De obligationibus, quæ quasi ex contrac. nascuntur. Per quas personas nobis obligatio acquiritur. Quibus modis tollitur obligatio.

Rubricæ quarti sunt octodecim.

Delictum, rapit, Aquilius, iniuria subsit
Et quasi delinquēs ago, vel gero noxia paupe
Per quos, satisdabo, perpet. et excipies replica-
Sunt interdicta, cum pœnis, officioq; *(bo.*
Publica iudicia reperis in fine locata.

De obligationibus quæ ex delicto nascuntur. De vi bon. rapt. De lege Aquil. De iniurijs. De obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur. De actionibus. Quod cum eo qui in aliena est potestate negotium gestum esse dicitur. De noxalibus actionibus. Si quadrupes paupe. fecisse dicatur. De his per quos agere possumus. De satisdationibus. De perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad hęres & in hæredes transeunt. De exceptionibus. De replicationibus. De interdictis. De pœna temere liti. De officio iud. De publicis iudicijs.

Finis titulorum Iustitutionum, qui sunt numero nonagintanouem.

Digesti veteris C L V. Rubr. continentur. L X V. carminib. sequentibus, eo textis artificio, vt præter principale intentum, aliquid sententię videantur. habere, quorum declarationē subiunximus. Et primo primi libri.

Ius

Ius, & origo patent, leges quoque parte priori.
Costituit, status, ac alienus adoptat, & est res.
Datq; senatores, consul, pratorius, verbis.
Sūt quęstor, prętor, vigilū prafectus, habēdi.
Officium pariter proconsulis vtile noscas.
Fult his Augusti, prases, vel Casaris addi.
Censor Alexandri, ius mādat, et assidet inde.

De iustitia & iure. De origine iuris ciuilis, & om. magist. & successione iuris prudentium, De legibus & senatuscon. & lon. consuetudine. De constitutionibus prin. De statu hom. De ijs, qui sui vel alieni iu. sunt. De adoptionibus, emancipationibus, & alijs mod. quib. pa. potestas sol. De rerum diuisione & qualitate De senatoribus. De offi. consulis. De offi. præfe. præt. De offic. præfec. vrb. De officio quæstoris. De officio prætoris. De officio præfecti vigil. De officio proconf. & leg. De officio præfecti Augustalis, De officio præsidis, De offi. procur. Cæsaris, & rationalis. De offic. iuridici Alexandriæ. De offic. eius, cui mandata est iurisdictio. De officio assessorum.

Secundi libri Rubricæ.

Est iurisdictio, statuens in parte secunda.
Si quis ius dicens, vocat in ius, non ierit tunc.
Iustit lex, vt eant, qui sunt in iura vocati.
Eximat hos nemo, leges quos satisdare cogūt.
Si noxalis agas, per quem fit, cautio sisti.
Feriat, edendo, pactum, si transigat vllus.

De iurisdictione omni. iudi. Quod quisque iuris in alium statuerit ipse eodem iure vtatur. Si quis ius dicen i non obtemp. De in ius voc. Si quis in ius vocatus non ierit, siue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuit. In ius vocati, vt eant, vel satis aut cautum dent. Ne quis eū, qui in ius uocat, ui eximat. Qui satisdare cog. vel iuramento promittant, vel suæ committatur promissioni. Si ex nox. causa agatur, quemadmodū caueatur. De eo per quem factum erit, quo minus quis iudicio sistat. Si quis cautionibus iudicio sistendi cā fac. non obtemperauerit. De ferijs & dilat. & diuersis temporibus earum, & ex quibus causis feriæ non impediuntur. De edendo. De pactis. De transactionibus.

Tertij libri Rubricæ.

Postulat, infamat, procurat nomine terna.
Gesta negotia sunt his, atque calumnia iūcta.

De postulando. De ijs qui notantur infamia. De procuratoribus & defensoribus. Quod cuiusq; vniuersitatis noīe, vel cōtraeā agetur. De negotijs gestis. De calūniatoribus.

Quarti liberi Rubricæ.

Restituit quarta, metus, et dolus, et minor hic sunt.
Diminuit, maior. alienat, & arbiter hic est.
Nauta, caupones, stabularius abdita reddāt.

De in integrum resti. Quod metus cā gestum erit. De dolo malo. De minoribus vigintiquinque annis. De capitis dimin. Ex quibus causis maiores vigintiquinque an. in integrū restituantur. De alienatione mutandi iudicij causa facta. De receptis arbitris: & qui arbitrium recipiunt, vt sententiā dicāt. Nautæ, caupones, stabularij, vt recepta restituāt.

Quinti libri Rubricæ.

Iudiciis quinta, exhæres q̄ritur, petit heres.
Si pars hæredis, sic possessoria poscat.
Iungas heredem fideicommissa petentem.

De iudicijs, & vbi quis agere vel conueniri debeat. De inofficioso testa. De pe. hæred. Si pars hæred. pet. De possessoria hæreditatis petitione. De fideicommissaria hæreditatis petitione.

Sexti libri Rubricæ.

Vendicat & sexta, tractans de Publiciana.
Vectigalis ager, aut emphyteuticus est hic.

De rei vendicatione. De Publiciana in rem actione. Si ager vectigalis, vel emphyteuticarius petatur.

Septimi libri Rubricæ.

Dans vsumfructū par: septima, crescere, sedit
Amittatur, res quæ consumenda, petatur:
Dat seruus operas habitatio, si cauet vtens.

De vsufructu: & quēadmodum quis vtatur fruatur. De vsufructu accre. Qñ dies vsusfructus legati cedat. Quibus modis vsusfructus, vel vsus amittatur. De vsufructu earum rerum, quę vsu consumuntur, vel minuuntur. Si vsusfructus petatur vel ad alium pertinere negetur. De operis seruorum. De vsu & habitatione Vsufuctua. quēadmodum caueat.

Octaui libri Rubricæ.

Vtere seruitijs octaua parte locatis.
Prædia dant vrbes, & rus communia multis.
Ni mihi seruitiū bene vendico, perdere possū.

De seruitutibus. De seruitutibus vrbanorum prædiorum. De seruitutibus rusticorum prædiorum. Cōmunia prædiorum tam vrbanorum, quàm rusticorum. Si seruitus vendicetur, vel ad alium pertinere negetur, Quēadmodum seruitutes amittatur.

Noni libri Rubricæ.

Quadrupedē nona dabit Aquiliā quoq; legē.
Effundunt multi, noxalis vt actio detur.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Ad legem Aquiliam. De ijs, qui deiecerunt, vel effuderunt. De noxalibus.

Decimi libri Rubricæ.

In decima fines regis, ac ercisc ere possis.

Diuisis

Diuisis tandem communibus, exhibeamus.
Finium regundorum. Familiæ ercifcundæ. Communi diuidundo. Ad exhibendum.

Vndecimi libri rubricæ.

Vndecima iudex interrogat, iturad ipsum, Seruos corrumpunt, fugitiuos alea, mensor. Funera cum sumptu, debes inferre sepulchro.
i Coniunctio. s. animorũ, non corporũ: vt ff. de regu. iur. l. nuptias. ADDITIO. Est tñ differẽtia ſm Ang. quia secuto solo cõsensu possibilis est separatio per ingressum monasterij: vt C. de epis. & cle. l. Deo nobis, circa prin. & i Decre. ex publico. de conuer. cõiug. secus autem secuta carnali copula.

k Matrimonium. Idest effectum matrimonij. Et sic not. q matrimoniũ quoad originem est de iure naturali s. a Deo: vt hic dr. 3 de iure gentiũ etiã dici potest quia ab eo receptum est. 4 De iure ciuili etiam dici potest: quia formam ei adiunxit, & solẽnitaté: ſm Azo. vt patet ĩ. de nupt. per totum titulum: cũ dicit à quarundã nuptijs abstinere necesse est: vt ff. de ritu nup. per totum. vnde debet dici de iure ciuili: vt ff. de iust. & iur. l. ius ciuile.

ADDITIO. Intellige hoc nisi quo ad prohibitionem graduum ĩ lineę ascẽdẽtis, vel descendẽtis. vel ẽt collateralis in primo gradu: q a dr de iure diuino. c. litteras. §. fané. versi opinioni. & §. seq. extra de restit. spo. item quo ad formã verborũ est de iure cano. sed quo ad instinctũ coniunctionis, seu cãm finalem, s. conseruationẽ indiuidui, est de iure naturali, secundum Christoph. Por. h. c.

l Hinc liberorum procreatio. Nã Deus operatur ad liberorum procreationem, & naturalis instinctus.

m Et educatio. Nã hoc iure, scilicet naturali mouetur parens ad educationem filiorum suorum potius, quam alienorum: vt ff. vnde lib. l. scripto hæred. in fi. & ad hoc etiam tenetur patruus: nisi pro se sit n sufficiẽs: vt ff. de lib. agn. l. si qs. §. sed & si filius. & §. deniq;.

n Cætera. Scilicet animalia præter homines.

o Istius iuris. Scilicet naturalis, de quo loquimur. Ex eo enim, q auis volat, piscis natat, gallina oua calefacit: mouentur isto iure naturali.

Ius autem. Diuiditur in tres partes. Primo ponit dictum bimembre. Secundo ponit exemplum primi membri. Tertio ponit exemplum secundi membri. Secunda ibi. nam quod. Tertia ibi. Quod verò.

CASVS. Quidam scholaris accessit ad principem & talem proposuit quæstionẽ. Domine Imperator, dicite mihi, quæ differẽtia est inter ius gentium, & ius ciuile: & ideo quæro: quia volo vnum ius ab illo scire discernere. Imperator respondit: Amice dico tibi q oẽs populi, qui vtuntur iure scripto, & iure nõ scripto, pro parte vtuntur suo proprio iure. s. ciuili. & pro parte vtuntur iure communi omnium hominũ. Secundò, dicit scholaris. Domine imperator, vos loquimini sic obscuré, q nõ intelligo vos. Quid est hoc dicere, quod omnes populi, qui vtũtur iure scripto, & iure nõ scripto, pro parte viunt suo proprio iure: & pro parte vtũtur iure communi omnium hominũ. Dicit imperat. Quod dixi tibi, q viunt pro parte suo proprio iure sic intellige. q ius, qđ sibi facit quilibet populus, illud est propriũ ius illi⁹ populi, vel ciuitatis, & appellatur ius ciuile, idest, ius propriũ illius ciuitatis: puta statuta municipialia, quæ ĩ singulis ciuitatibus fiunt. Tertiò dicit Imperator, q illud ius, quo vtũtur omnes gentes de mundo naturali rõne, idest d scretione est inductum: appellatur q; ius gentiũ. i. ius, quo omnes gentes de mũdo vtuntur. Et sic modo aperta est differentia inter ius gentiũ, & ciuile: quia ius ciuile est propriũ cuiusq; ciuitatis ius vero gentium est commune omnib⁹. Quartò dicit Iustinianus Non solũ quidẽ alij populi vtuntur pro parte iure proprio, idest, ciuili: & pro parte iure cõmuni omnium hominum. idest iure gẽtium: sed etiam populus Romanus hoc facit: quia pro parte vtitur suo iure idest, suis proprijs statutis & pro parte vtitur iure cõmuni omniũ hominũ, idest. gentium. Quinto respondet Imperator cuidã tacitę obiectioni: quia possent aliqui dicere: Domine Imperator, vos fecistis mentionem nunc de iure gentiũ & ciuili, dicatis de natura vtriusq. iuris, Dicit Imperator, excusando se Ego hoc dicam in competenti loco, scilicet, in § pen. vbi dicit. q ius gentiũ est immutabile, & ius ciuile mutabile secundum expositionem istius. §. vel alio modo intellige istã quintam particulam vt in glo. quæ incipit s. iura gentium. Et hoc totũ in prima parte principali. In secũda parte assignat

† Aliàs coniugatio.

e Hęc nõ est iegis intentio: & nã hic accipitur pro virtute insita cuilibet rei. Bar. Nic. Fabr. & Placeo.

a Placẽ. & Ias. ponunt quinque: quos vide hac pro eosdẽ.

3 Vel alr ſm Ioan. Fa. ne parẽtes sint incerti de filijs, quos alere tenẽtur, ideo nãlis dicta e matrimonium.

4 Vel quo ad substãtiã cõsensus.

† Censeri, i. referri in numerũ eorũ, q huius iuris perita sunt vt latius ostendit ratione supra ab his q cẽsentur capere vel patrino., tamẽ Budæus existimet, cẽseri, hoc loco significare idẽ qđ admirationi esse. Vide Bud. in Anno. in Pand. ad l. j ff. de iustit. & iur.

Educatio si cõsideret inspecto' naturæ istinctu, est de iure naturali: si prout est redacta ad necessitatẽ, ẽ de iure ciuili. l. si qs à liber. §. fin. ff de lib. agno. nã pt cogitur iure ciuili alere liberos vt de Sophocle scribit Tull in Cat. Igl. Peri.

Ius [*] aũt ciuile a iure, gentiũ distinguit, [a] qđ oẽs populi, qui legib. & morib. [b†] regunt, partim suo ꝑprio, [†] partim cõi [c] omniũ hominum iure vtuntur. Nã qđ quisque populus ipse sibi ius cõstituit, [†] id ipsius propriũ ciuitatis est; vocatq; ius ciuile, [d] quasi ius ꝓpriũ ipsius ciuitatis. Qđ verò naturalis rõ [e] inter oẽs hoĩes ꝯstituit, id apđ [f] oẽs populos peræq; custodit, vocaturq; ius gentiũ, quasi quo iure oẽs gẽtes vtunt. [g] Et populus itaq; [h] Roman⁹ partim suo [i] ꝑprio, partim cõi omniũ hominũ iure vtit. Que singula [k] q̃lia sint, suis locis ꝓponemus. [l]

Ius ciuile à sua quaque ciuitate, vel legislatore nomen sortitur, iuris tamẽ ciuilis simpliciter prolati appellatione ius Romanorum (tanquam nobilius) significamus.

Sed ius quidẽ [m] ciuile ex vnaquaq; ciuitate appellat: [n] veluti Atheniẽsium. Nã si qs velit Solonis, [o] vel Draconis leges appellare ius ciuile Atheniensium, nõ errauerit. [p] Sic.n.& ius, [q] quo Romanus populus vtit, ius ciuile Romanorũ appellamus, vel ius Quiritũ [r] quo Quirites vtunt. Romani.n.á Romulo, Quirites á Quirino [s] appellant. Sed quoties nõ addimus nomẽ, cuius sit ciuitatis, [t] nr̃m [u] ius [x] significam⁹. Sicuti cũ poetã dicimus, nec addimus nomẽ, subauditur apud Græcos egregius Homerus: apud nos Vergili⁹. [y]

gnat Iustinianus secũdam dr̃iam inter ius gentiũ, & ius ciuile, quę secunda pars cõtinet quatuor partes, vt s̃ dixi. In prima particula. h.d. Quamuis ius gentium nõ habeat denominationẽ ab aliqua ciuitate: quia nõ dr̃ ius gentiũ Romanorũ: vel ius gentiũ Bononiensium: tñ ius ciuile habet denominationẽ ab ea ciuitate, i. qua factum est: vt ecce statuta, q̃ fiebãt apud ciuitatẽ Athenarũ per suos sapientes, scilicet Solonem, & Draconem, possunt dici ius ciuile Atheniensium. Secũdò, adducit simile, q᷑ statuta facta Romæ ꝓñt dici ius ciuile Romanorum, vel ius ciuile Quiritũ: quia Romani appellabantur Quirites à quodam eorum rege, qui Quirinus appellabat. Tertiò dicit, Sed quid dicem⁹, si simpliciter dicatur ius ciuile, nec addatur nomẽ ciuitatis, in qua factũ ẽ illud ius, de quo iure intelligimus? Respond. per excellentiã intelligitur ius ciuile de iure ciuili Romanorum, i. de statutis eorum. Quartò, adducit simile. Ecce cum dico, poeta, & ei non addo nomen propriũ: per excellentiam intelligitur de Homero apud Græcos: vel de Virgilio apud Latinos. h.d. vsque ad § ius autem gentium.

a Diuiditur.i. vnum ab altero sic dignoscitur. Acc.

b Legibus & moribus. Nam quidam sunt, qui reguntur tantum moribus: & etiam quidam, qui nec moribus, nec legibus: vt homines syluestres: [3] etiam quidam, qui legibus tantum & non moribus.

c Communi. Idest, eo iure, quod est in communi apud omnes, siue scriptum sit, siue non.

d Ius ciuile. Vt sunt statuta terrarum: quę intra municipalia dicuntur: vt C.de eman. li. l.j.& sic dr̃ ad dr̃iam iuris naturalis, i. iuris gentium. & ita accipitur hic. Secundo mõ dr̃ ius ciuile [s] lex xij. tabularum: vt ff. de iust.& iu.l. ius ciuile.§. hoc igit. Tertio, dicitur ius ciuile omne ius, qđ nõ est prætoriũ, & sic accipit ff. de iusti. & iu.l. ius autem ciuile. in prin.& §. ius prætoriũ. Quarto, dicit disputatio prudentum, quæ fuit facta super l.xij. tab. vt ff. de orig. iur.l.ij.§. hæc disputatio.secundũ Ioã. Quinto, quicquid scriptũ habemus de iure, dicitur ius ciuile: vt cum dicitur Est enim sanctissima res ciuilis sapiẽtia quę pretio nummario non est æstimãda: vt ff. de var. & extraord. cogn.l.j.§. proinde. Sexto, dicit quoties adijcit aliquid iuri naturali, vt i matrimonio modo diximus: vel detrahitur iuri naturali, vt i vsucapionib. vt j. de vsuca. l. prin. [3] Vel addit iuri gen. vt in tutela inuẽta à iure ciuili originaliter: vt j. de tut. l. prin. vel detrahitur, vt i potestate seruorũ restricta: vt j. de his, qui sui vel alieni iuris sunt. §. sed hoc tẽpore. hoc enim ius ciuile dicitur, vt ff. de iustitia & iu.l. ius ciuile. j. rñ.& hęc exẽpla sunt ibi notata. Ac.

e Naturalis ratio. No. q᷑ ius gentium naturali rõne est inductum: vt hic, & j. de rer. di. §. singulorũ. vnde est ius immutabile: vt j. eo. §. sed naturalia. Acc.

f Id apud. Nunc soluit. Accur.

g Vtuntur. Vt est religio erga Deum, vt parentibus, & patriæ pareamus: [4] vt ꝯ violentiam tẽn stamus: vt ff. de iust.& iu.l.j. in fi.& l.ij. item conuentiones, siue pacta, quæ apud omnes gentes valẽt: vt j. eo. §. ius autem gentium, & ff. de pac.l. iuris gẽtium. in prin.

h Itaque. Quia oẽs populus vtitur, partim iure cõi, & partim &c.

i Suo. Quod pro se tm̃ cõposuerat: aľs esset lex generalis: vt j. eo. §. lex.

k Quę singula. Scilicet iura gentiũ. & ciuilia, quibus vtuntur ciues Romani, & effect⁹ eorũ iuriũ dicet j. de rer. diui. §. singulorũ. vsq; ad fi. ti. vbi dr̃ qualiter acquiruntur dominia iure gẽtium. Itẽ j. de vsuc. & ti. seq. in qb. dr̃ qualiter acquirunt dñia iure ciuili. & secundum hoc refert ad proxi. dictũ. & illud intelligas de iure ciui. Ro. generali. Vel aliter dic, ꝓponemus j. eo. ti. §. pe. vbi dicit alterũ de iuribus variabile. vt ciuile: alterũ non. vt gentiũ. & secũdũ hoc nõ refert ad proximũ dictũ: sed ad id, qđ dicit s̃. Nã &c. & etiã. Quod verò &c.

l Proponem⁹. Sed vbi Rñ. fortè j. de rer. di. § singulorum. & refertur nõ ad ꝓximũ [5] dictũ, sed ad id qđ dictũ est. Nã qđ quisq; &c & ibi. Quod vero &c.

m Sed ius quidẽ. &c. diximus populos commune, aut proprium ius habere: sed &c.

n Ciuitate appellatur. Idest nomen illius ciuitatis vbi factum est ius ciuile, debet ei imponi.

o Solonis. Nomina sunt cõpositorum statutorũ in illis ciuitatibus, sicut si appellaret quis ius ciuile Bono. statutũ a cõpositorib⁹ inuẽtũ, & ꝯsilio ꝯfirmatũ.

p Non errauerit. Imò bene dixerit.

q Sic.n. & ius. Quod pro se tm̃ cõposuerunt: aliter esset generalis lex: vt j. eo §. lex est. & de hoc. s. iure ciuili generali põt hic intelligi, vel loqui. Accur.

r Ius quiritum. Pro eodem, licet nomina mutet.

s A Quirino. i. Romulo Qui fuit eorũ rex, dict⁹ à q̃ris, q᷑ est hasta: quia magna hasta in bello vtebatur.

t Ciuitatis. Sed simpliciter dicitur ius ciuile.

u Nostrũ. s. Romanorũ. p excellẽtiã. ADDITIO. Et ideo dicit Io. Fab. q᷑ in supplicãdo pro præbenda ecclesiæ cathedralis, specificatio ipsius ecclesiæ vitiaret: quia sufficit, quod dicatur in ecclesia Lugdunensi, vel Parisiẽsi, & q᷑ ita de facto vidit obseruari.

x Ius. Scilicet ciuile Romanorum, si est proprium, vel generale, si est factum vt sit generale.

y Vergilius. idẽ in Apostolo. nã Paulus i diuina scriptura

[*] Aliàs ius aũt ciuile, vel gentiũ ita diuiditur oẽs &c.

[†] Mores quãr loco accip.ẽ di. iiij. vi de Budæũ ad l. ius ciuile. ff. de iust.& iu.

[†] ꝑprio. abundat.

[†] Qđ sibi licitu est. ꝯtr. c. q̃ i ecclesia tũ. in gl. j. § prin. tx. c. ꝯtr. & in c. venerabilem. i gl super verti. Lothari⁹ ex. de elect.

[3] Oẽs tñ sunt de iemine A-dæ. Io. Fa. ius ciuile sex modis dr̃.

[3] Ista gl. est magis lis ẽm Ange. a i fecẽ dũ, quot modis capit ius ci.

[3] In hoc §. q̃a eo iure omnia erant cõia ẽm Iaso. hic, aliàs si gl. ꝓsuppone ter. q᷑ i lo iure esset dare medi & in i. eẽr falsa, vt p Iac d Are. Bal & Al l e.l l. ius ciuile. ff. de iust.& iu.

[4] Ter. est no. ẽm Ia. in l. j. §. & q̃ħaľr ff. de ven. in posse. mi. quẽ Bald. reputat si gulatẽ in l. mfes. C. ad Tertu. & cui po-tu⁹ sic patendũ. vide p Ang. hic.

[5] Ista gl. ꝯdicit gl. ꝓced. sed ambę sũt bonæ, vt referat ad primum dictũ, vel ad remotũ: cũ ẽm ambas expõnes loquamur de iure gẽtiũ. vel ciuili. ẽm Nico. Quirinna vnde dr̃.

orta intelligit. Idē vbi dr sapiens, intelligit Salom. Ius autem. Primo ponit vnū dictū. Secundo ponit id, quare iusgentiū fuit inuentū. Tertio ponit effectus: siue ponuntur inuentiones iurisgentium. Secūda ibi, Nā vsu. Tertia ibi, Bella. CASVS. Quāuis in superiori §. tractauerit de iuregentiū, & ciuili: quia tamen de iuregentium non tractauit ibi plenè: ideo hic plenius tractat repetendo ēt de eo, quod dixerat. Et diuidit hunc §. in tres partes: sicut supra dictum est. In quarū prima parte dicitur, quod ius gentiū est cōe omnibus hominib. de mundo. Secundo reddit rationē quare ius gentium fuit inductum, quæ ratio talis est: Homines indigebant aliquibus statutis, & ideo multa inter se statuerunt, quę dicuntur iusgentium: & maximè bella, & captiuitates, & seruitutes sunt à iuregentium: quæ seruitutes sunt cōtrariæ iuri naturali quia de iure naturali omnes homines liberi nascebātur. Tertio dicit, quòd ex hoc iuregentium sunt introducti quasi omnes contractus: de quibus multa exempla ponit in textu. hoc dicit vsque ad §. constat.

Diuisio.

† Per hūc textum Pau. dicit verbum hoc gentes, comprehēdere mares, & fœminas.

Cōis vsus, humanaq́; necessitas iurisgentiū originem dedere, Ex hoc itaque iure orta sunt bella, sequuta captiuitates, & seruitutes, ac contractus ferè omnes introducti.

Ius autem [a] gentium omni humano [b] generi cōmune est. Nam vsu [c] exigente, & humanis necessitatibus, gētes † humanæ iura quædā sibi cōstituerūt. Bella [d] etenim orta sunt, & captiuitates secutæ, & seruitutes, quæ sunt naturali iuri cōtrariæ. Iure.n. naturali oēs hoēs ab initio [e] liberi nascebātur. Et ex hoc iuregentiū omnes penè [f] cōtract⁹ introducti sunt: vt emptio, & venditio, † locatio & cōductio, societas, depositum, mutuum, & alij innumerabiles. [g]

nō cōsiderat: sed prout loquitur in maleficijs, reprobat per l. j. ff. de fur. vt per Ange. & Christoph. hic.

[g] Innumerabiles. Idest, non facile ad numerandum habiles: vt j. de rebus corpo. & incorpo. in princ.

Cōstat. Diuiditur iste §. in tres partes. Primo ponit dictum bimembre. Secūdo ponit exemplum primi mēbri. Tertio exēplū secundi mēbri. Secunda ibi, Scriptū. Tertia ibi in §. Ex nō scripto. Item secūda subdiuidit in duas partes. Primo ponit, qd est ius scriptum. Secundo ponit exēpla. Secūda ibi, Lex.

Diuisio.

CASVS. Vidimus de iure naturali in principio huius titu li. Item vidimus de iuregentium ī. §. prox. Item vidimus de iuregentium. & ciuili mistim ī. §. ius aūt ciuile. vsq; ad §. ius aūt gentium Sed quia de iure ciuili nō plenè tractatū est. ideo tractabit in hoc. §. & seq. vsq; ad §. sed naturalia Et ideo diuide aliter hūc §. quā. ī. secundùm Fran. de Aret. in sexdecim partes, vsq; ad §. ex non scripto. In prima parte dr. quod ius nrm ciuile diuidit in duas partes. s. in ius scriptū, & in ius non scriptum: & hoc ad similitudinem Grecorū, q. similiter iure scripto. & iure non scripto vtebant. Secundo dicit. quod primo est videndū de iure scripto. Et est sciendum, quod ius scriptū cōstat ex sex partib. iuris. s. ex lege. & plebiscito: ex senatusconsulto, ex principum placitis, prætorum edictis. & ex rñsis prudentū. Tertio dicit, quid est lex. Certè lex dicit illa, quā Roman⁹ populus faciebat cōsule senatorum interrogante populum, vt ecce qn emergebat aliqua qō quæ nō erat soluta per aliquā legem, populus pulsabatur cū campana. Ad arengam. Ad arengam, Ad arengam. Et sic congregabatur pop. Rom. & tunc loquebat magistratus senatorum: & dicebat populo ibi congregato: Dñi mei, talis qō emergit de nouo: quam qōnem non reperim⁹ decisam in nostro iure: placet ne vobis, quod ad decisionem illi⁹ ita, & ita statuat? Et populus simul, vel diuisim clamabat, vel clamabant dicētes: Sic fiat, vel sic fiat, & sic illud taliter cōstitutum dicebatur lex. Quarto dicit, quid si plebiscitum. Et certè plebiscitum dr illud ius, quod plebs Romana faciebat tribuno plebeiorū interrogante plebē. Ecce.n. qn emergebat aliqua qō pertinēs ad plebem, seu plebeios, quæ non erat soluta per legem aliquam: pulsabat cū quadam alia campana. Ad arengam. Ad arengā, Ad arengam. Et sic congregabat plebes Romana Et sic tunc surgebat magistratus. s. tribun⁹ plebis, & dicebat plebi, Talis qō emersit, placet ne vobis, quod ad decisionē illius sic, vel sic statuatur. Et ipsi clamabant dicētes. Fiat sic & sic ergo illud taliter constitutum appellabatur plebiscitum. Quinto dicit, Diximus, quod lex fit à populo, & plebiscitum à plebe. Sed quæ dfia est inter populum, & plebem? Resp. populus est genus: quia appellatione populi omnes ciues Romani cōtinent. scilicet nobiles patricij, & senatores, & ignobiles plebs verò sine patricijs. & senatorib⁹ cęteros ciues significat. Sexto respondet cuidam tacitæ quæstioni nam posset aliquis dicere: Nunquid tantum valent plebiscita quantū leges? Et dicit quod sic, de quo fuit facta quędam lex, quę appellatur Hortensia in qua cōtinetur, quod plebiscita obtinent vim legum. Septimo quid est senatusconsultum? Et certè senatusconsultū est statutum à senatorib. cōpositum, sicut leges à senatoribus

[a] Ius autem. Autem pro sed, & repetit de iuregentium, vt aliquid addat.

[b] Omni humano. Sed nunquid plura humana gña sunt? Resp. nō: expone [1] ergo. i. omnibus hominib.

[c] Nam vsu. Ab initio enim pauci erāt homines: indigue runt tñ aliquo cōi vsu: & quāto plures fuerunt, tāto magis suas cōstitutiones habebāt. & statuta: puta vt nullus vineam, vel ortum alterius intraret. & hoc sequitur: & probatur ff. de iusti. & iur l. ex hoc iure.

[d] Bella. Sed quō à iure descēdit bellū. cum sit à iure phibitū: vt ff. de vsufru. l. æquissimū. Rñ. loquit de eo, qd à populo Romano est indictū hostib⁹: vt ff de cap. & postli. reuē. l. hostes: §. i bello. [2] Itē ppulsare violentiā: qd ē licitū vt ff. de iust. & iur. l. vt vim. & ff de vi & vi ar. l. j. §. vim vi, cū moderamine tñ: vt C. vñ vi l. j. ADDITIO. In quo moderamine requiritur primo debita instrumentorū pportio, quamuis sm Io. Fabr aggredientem sine armis possim cum armis repellere, si aliàs tutè me defendere nequeo. Secundo quod fiat incontinenti. i. in ipsa actus flagrantia, in defensione personę, vel ante. quā diuertant ad extraneos actus, in defensione rerum. Tertio quod nō ad vindictam: in quo attendit modus facti, qualitas psonarum, & potentia. Et no. secundū Ias. quod ipsa ppulsio est de iure naturali: sed cum moderamine est de iuregentium, secundùm Ang. hic.

[e] Initio. Sed nunquid hodie? Quidam dicunt sic. nos contra: nam seruus nascit. vt j de iure perso. §. serui. & ff. de nata. resti. l. interdum. Accursius.

[f] Penè. Penè dicit [3] pp quatuor contractus: vt pp stipulationem: vt j. de act. § de consti. Item pp literarum obligonem: vt j. de lit. obli Item pp contractū emphyteuticum: vt j. de loc & condu. § adeo. Item pp sponsalitiam largitionem. i. donationem pp nuptias: vt in auth. vt spo. larg § j. & ij. coll. ix Et nota quod hic dr omnes cōtctus esse de iuregentiū: sed nō omnes obligationes. Nam quæ ex maleficio, vel quasi sunt, non sunt de iuregentium, sed vel à lege xij tab. vel ab alia lege.. ADDITIO. Prout glo. loquitur in quasi maleficijs, approbatur: quia in his contingit aliquem obligari ex facto alieno: quod Ius gentium

[1] Vel expone omni. i. toti, secūdùm Nic. & Io. Fab.

Bellū est à iure introductū.

[2] Imò à quocūque etiā priuato pro suo recuperādo: & de licētia superioris si per ipsū recuperare nō valeat, & hoc nedū cōtra suū detinētes, sed & tra eos iuuantes. secundū Io. & doct.

[3] Idem Bar. & Ne co & vide gl. similē i l. ex hoc iure ff de iust. & io. & in L. legitima. ff. de pac.

† Nomine ēptionis, & vēditionis hoc loco intelligēdā esse pmutationē, putat Emilius Ferret⁹ in notis suis in hūc ipsum locū: cū emptio non consistat sine pcio eoq́ne innumerata pecunia: num mi autem nō sint inuente iuregentiū quorū iustitū, inqt, refert ad Epineias lōge post liberū patrem, quē Plin. lib. vij. natus. histo. tradit inuenisse emptionem & venditionem.

Ius ciuile ex scripto cōstat, & non scripto. Iuris autem scripti partes sunt sex, quæ recta serie pertractantur.

Constat autem ius nostrū a quo vtimur, aut scripto, b aut sine scripto; vt c apud Grēcos d τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι, Scriptū aūt e* ē lex, plebiscitū, senatusconsultū f* pricipū placita, magistratuū edicta, rñsa prudētiū. Lex ē, g qđ populus Rom. senatorio magistratu interrogante, veluti h Cōsule, i cōstituebat, Plebiscitū est, qđ plebs plebeio magistratu iterrogāte, veluti k tribuno, constituebat.

Plebs autem à populo eo differt, quo species l à genere. Nā appellatione populi, vniuersi ciues significantur, cōnumeratis ēt m patricijs, n & senatoribus. † Plebis aūt appellatiōe, sine patricijs & senatoribus cæteri ciues significant. † Sed &

toribus promulgare. Octauo respondet cuidā taciteę quæstioni nā aliquis posset dicere: Senatusconsulta videnť superflua: nōne sufficiebāt leges, & plebiscita? Rñdet dicēs, q senatusconsulta nō sunt superflua. Nā populus Romanus erat in tātū augmentatus, quòd erat quodam modo impossibile, q sępe qñ debebāt fieri aliq̄ leges nouę, q populus & plebs cōgregari possent. & ideo vtile visū fuit populo q senatores possent iura condere sine populo, & plebe: & sic quando cōgregabatur populus, cōsul senatores interrogabat. Nono, qđ ē principis placitū. Dicitur lex imperialis. nam qđ principi placuit: pro lege seruať. Decimo, rńdet cuidam taciteę qōni, Nam posses aliquis quęrere. Quare princeps pōt legem facere? Respon. Quia populus Romanus transtulit in eū principē omne ius suum, & Imperium: & maximè potestatē legis condendę. Vndecimo dicit, q imperator pōt facere legē. vt dixi: ergo id qđ instituit Imperator, seruať pro lege, ēt si ī modū epistulæ faciat: vt ĵ. de his, q sui vł alie. iur. sunt. §. fi. Vel ita si inter litigātes cognouit, & definitiuè pronunciauit. volēs q illa sententia esset lex vt C. de legi. & cōstit. l. fi. Vel ēt si apponat in lege. quā facit, hoc vocabulū, edictali, vel edicto: vt C. de secun. nu. l. hac edictali. Duodecimo, q leges imperiales propriè appellantur ꝯstitutiones. Tertiodecimo dicit. q legum, siue ꝯstitutionū imperialiū quædā sunt ꝑsonales, quædā generales. Personales dicunť, quæ ad alias personas nō extēdūtur. Ecce si alicui ob meritū, idest, propter suum meritū princeps indulsit. i. pepercit. qa deliquit ꝯ principē. & princeps videns istum, q bene sibi seruierat, dat sibi suā gratiā: ista gratia quā dat sibi princeps, non transit ad aliā personam. Ideo dicitur in textu, quòd priuilegiū personale nō transgrediť personam, cui tale priuilegiū cōceditur. Aliæ vero generales cōstitutiones sūt in omnibus alijs hoībus. Quatrodecimo dicit de magistratuū, siue p̄torum edictis: dicēs q prætorū edicta obtinent vim legum. Etiā dicit, q hoc ius prætorū potest etiā honorariū appellari, ab honore ipsorū p̄torū, qui faciebant huiusmodi ius. Quintodecimo dicit, q isti p̄tores Romani erāt multi. & ex his erant quidā, qui appellabanť ædiles curules: q similiter faciebant suas leges super certis articulis, vł capitulis: quæ leges sunt pars iuris p̄torij. Sextodecimo dicit, quæ sūt respōsa prudentū. Et certè responsa prudentū dicunť sententię. & opiniones illorum sapientū Romanorum, quibus permissum erat a principe iura cōponere, q iurisconsulti appellabantur: quæ responsa eorū tantam habebant potestatem, quòd nullus iudex poterat contra eorum responsa semel pronuntiare. Franc. de Are.

a Ius nostrum. Idest, ciuile Romanorū, de quo diximus: ī. e. sed ius. Largè vocatur ius ciuile, quicquid scriptū habemus de iure generali: vt diximus ī. eod. in glo. vt sunt statuta terrarū &c. ibi, quinto &c. Itē quicquid habem⁹ de moribus hic comprehendit, s. generalibus: vt patet ex inferioribus.

b Scripto. De hoc dicit vsque ad §. j. ex non scripto. & de non scripto ibi dicet. Accur.

ADDITIO Nō tamē est necessaria scriptura ad substantiam legis: sed ad probationem tantū, arg. l. contrahitur. ff. de pig. secundum doct. hic.

c Vt. Pro sicut.

d Apud Græcos. Nam Græci vtebantur iure scripto, & non scripto: vt ĵ. eo. §. & non inelegāter. Accur.

ADDITIO. Græcum quod in textu est, ita vertas: legum aliæ quidē scriptæ: aliæ verò nō scriptę. Budæus verò in adnotationib. ad Pandectas hoc ipso titu. legit, to men agraphō, to de nomicō, sed tn idem recidit.

e Scriptum autem ius. Scilicet ciuile Romanorū: de quo dixit ī. eod. §. sed ius. Accursius.

f Senatusconsultum. Quare dicti sunt cōsules, no. ff. de ori. iuris. l. ij. § exactis.

g Lex est. Hæc definitio quo ad sententiā concordat cum ea, quæ est ff. de legi. & senatusc. l. j. 1 licet quo ad verba dissentiat. Definiť & alio modo: lex est sanctio sancta, iubens honesta, prohibens contraria, quę sumitur ex lege Græca. ff de leg. & senatusc. l. 2. Item definiť tertio modo, vt in alia lege Grēca colligitur in eo. tit. de legi. & senatuscon. l. j. Accur.

h Veluti. Exemplificatiuè ponitur: vt ī. §. prox. nā facta cōuocatione populi Romani, magistrat⁹, idest, senatus non totus, sed qui maior erat omnib⁹, interrogabat populum, scilicet cōsulendo. an sic placeret, 2 & sic ad libitū populi fiebat: vt ff. de orig. iur. l. 2. §. deinde. j.

i Consule. Nam consul vice omnium senatorum interrogabat populū. & sic ipsi senatores videntur interrogare. Nam quj per aliū facit, per se facere vi. vt ff. de vi & vi ar. l. j. § deiecisse & ff de admin. tut. l. ita aūt. gessisse. 3 Nā rectè omnia nostra facimus, quibus à nobis authoritas impertitur: vt C. de vete. iur. e nuc. l. j §. sed si quid. ver omnia.

k Veluti Exemplificatiuè ponitur: vt ī §. prox. erat enim vnus nomine tribunus, qui pęerat plebeijs. & eorū magistratui: qui interrogabat plebeios: vt ff. de orig. iur. l. ij. §. postea. ver. mox cū reuocata. & §. ijsdē tēpib. & multas leges habemus de his. vt de leg. Aql. vt ĵ. de leg. Aquil. §. ex. hoc tn capite. & ne p̄sides accipiant nisi esculenta: vt ff. de offic. procon. l. solent. §. fi. & ff. de offi. præsi. l. plebiscito.

ADDITIO. Sed hodie nec illa, si habent salariū, vt ibi no. secus in delegatis. extra de rescrip. c. statutum. §. insuper. lib v. Ioan. Fab.

l Species à genere. Est autē genus, quod prædicatur de pluribus differentibus specie: vt animaliū aliud rationale, aliud irrationale, & sic se hēt po pulus (vt sequiť) ad nobiles, & ignobiles. 4 Species aūt est, quod prædicaťde pluribus differētibus numero: vt hominū alius Titius, alius Seius, sic se habet plebs. nam minores tantum comprehendit, vt sequitur.

ADDITIO. Et sic valet argu. de specie ad genus affirmatiuè. vt l. ij. §. doli. ff. vi bon. rap. nō aūt negatiuè. l. duobus. § si quis. ff. de iureiur. secundū la. hic.

m Etiam. Quasi dicat, nō solum populi appellatione viles connumerantur, sed etiam patricij.

n Patricij. Qui erāt quasi patres principis, vt ĵ. quibus modis ius pat. pote. sol. §. filius. 5

Sed

a Aliàs scriptum autē ius, &c.

* Aliàs plebiscitum, senat⁹consultus, &c.

† Cōcor. tne post electionē, gl super ver. nulla ten⁹, post princi. ibi tic nomine populi ex de electio. & gl. in c sedes 1 ver. maiores, pro pè fi. ibi, p ebis ade applfone extra de rescrip. Abiidāt, quo vtimur

† Certè olim plebe cōune banť eq̄tes, postea in ordinē suum illi quoq, acceperunt. vt noc lo co ex Plinio anno tauit E. mil. Fert.

1 Imò dić ſm Porc. q ibi definiť lex ꝑ quidditatē & substātiā & ꝑ effect⁹. q ex ea sequuntur: hic verò ꝑ cās efficiētes, seu in esse ꝑducētes.

2 Et iō dicit Ange. q nō valeret statutū. l cuius confectione cōstaret, q nō fuerit ꝯsilio ꝑ priorē facta ꝑposito, secus tñ in dubio. Ang. Aret.

3 Debet tñ l libello exprimi, q ꝑ te, vel alium tuo noīe tale qd cōmissum fuerit: aliàs agendo ꝯ te. & ꝑbādo ā alio tuo noīe capoliante, nō obtineret secūdū Ioā. Fa. & An.

4 Excipiūtur tñ clerici, vbi ē eorū ꝑiudicio agiť ſm Pan. ca. j. ex. de vita & honest cle. & Iaso. hic. Aliàs, cōcedat.

5 Pñcij q dicanť vide Budæū ad l. vlt. ff. de senatoribus, & Alcia. ad li. C. xij. tit. de ꝯsu. & non spar. pecu.

a Sed & plebiscita. Videbantur minus valere, quasi loco, & argumento sumpto ab authoritate: qa maior est patritiorũ, & senatorum authoritas: vt C. de leg. l. humanum. & ff. de eden. l. si quis ex argen. §. j. sed hoc sublatum est per legem latã ab Hortensio Rege, vt sequitur, & ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde cum esset. versi. mox cum reuocata.

b Lege Hortensia. Sic dicta ab Hortensio, qui pacem composuit inter nobiles, & plebeios: & inter cet hoc statuit, vt valeret plebiscitum.

a Constituit. Nam poterat facere legẽs vt hic. & ff. de legi. & senatusscon. l. non ambigitur.

d Legis sanciẽdæ causa. Nam idem est ũ ex alia: quia difficile erat tot homines conuenire. Accu.

e Consuli. Idest, interrogare. Nam antea populus interrogabatur. vt ĩ. eo. ti. §. plebiscitum. & sicut populus interrogabatur prius. sic postea senatores (qui cẽtum erant numero) interrogabãtur à cõsule: 1 vt C. de per. hære. l. fi. I princi. & ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde qs difficile.

Sed & quod. iste § diuiditur in quatuor partes. Nã primo ponit dictum. Secundo eius rationẽ. Tertio ponit illationem. Quarto dictum modificat. & declarat. Secunda ibi, Cum lege. Tertia ibi: Quodcunque, Quarta ibi, Planè.

e Dicit sñ Angel. q̃ quis loco senatorũ hodie iure cesserint cõsiliarij, seu decuriões, non tñ possẽt sup principi tciet uatis statuere, puta ad famã, seu 1ᵃ genituræ aliquẽ restituere, spurios legitimare, aut veniã ætatis cõcedere.

2 Lamodo sit iustũ, & honestũ s̃m Angel. & Iac. hic: p ea q̃ pulchrè not. Bal. in l. qđ ex libera. C. de ope. lib.

3 Idẽ Nic. & est de mẽte omniũ scrib.

4 Quod e verum s. municipalẽ, vt ĩ. eo. §. oẽs. seu particula sem: dum nõ hẽat collegiũ approbatũ nõ aũt generalẽ. vt per Io. Fab & Ange. Arct. hic.

plebiscita a lege Hortensia b lata non minus valere, quã leges cęperunt.

Senatusconsultum est, quod senatus iubet, atq; cõstituit. c Nam cũ auctus eẽt populus Romanus in modũ, vt difficile esset in vnũ eum cõuocari legis sanciendæ cã: d æquum visum est, Senatum vice populi cõsuli. e *Quod princeps animo legis cõdendæ statuit, legis vim obtinet: et cõstitutio dicitur, ligatq; oẽs, modò generalis sit: qđ si ob certæ personæ meritũ odiũve emanarit, ad exemplũ nõ trahitur: et cũ personalis sit, personã nõ egreditur.*

Sed & qđ principi placuit, f legis g hẽt vigorẽ: h cũ lege Regia, i q̃ de eius Imperio k lata est, populus ei, l & in eum oẽ Imperiũ suũ, & ptãtẽ cõtulerit. m Quodcũq; ergo Imperator p epistolã n cõstituit, vel cognoscens decreuit, o vel edicto p pcepit, legẽ q eẽ cõstat. Hęc sunt, r q̃ cõstitutiones appellantur. Planè ex his q̃dã sunt psonales, s q̃ nec ad exẽplũ trahunt: qm̃ nõ hoc princeps vult. Nã qđ ob meritũ t idulsit alicui, u vel si quã x pęnã irrogauit, x vel si cui sine exẽplo y subuenit z psonã nõ trãsgredit. a Alię aũt cum gñales sint, oẽs proculdubio tenent. b

Prætorum edicta vim legis habent: ædilitiumq; edictum pars est iuris prætorij.

Prætorũ quoq; edicta c nõ modicã d obtinẽt iuris authoritatẽ. Hoc ẽt ius honorariũ solem' appellare: qđ e q honores gerunt, i. magistratus, f authoritatẽ huic iuri dederunt. g Proponebãt & ædiles curules h edi-

f Placuit. Causa faciẽdi cõem legẽ. 2 & generalẽ alias nõ esset lex cõis: vt sequit: & C. de sen. & inter. om iu. l. ex stipulatione. Nã ibi dicit, nõ ois vox iudicis est sententia. & sic non ois vox principis est lex.

g Legis. Quam non habemus.

h Habet vigorem. Idest, lex est, & pro lege seruatur.

i Lege regia. Hac lege cautum fuit, 3 vt ptãs legis faciendæ trãsiret de populo ad principẽ, vt hic & ff. de orig. iu. l. 2. § nouissimè, & facit ad hoc ff. de cõst. pri. l. j. vbi sunt eadẽ verba. Et hanc legẽ Regiã nõ habemus. Nã facta fuit super regno. i. Imperio trãsferẽdo.

k Imperio. Transferẽdo de populo ad principem.

l Ei. s. principi quo ad honorẽ: & in eũ quo ad onus.

m Contulerit. Idest, transtulerit. sic vt ipse populus amodo nõ habeat hoc ius. sic C. de vet. iur. enu. l. 2. §. hoc autem. & de leg. & constit. l. fi. Sed alij dicunt, q̃ adhuc populus potest facere legem. 4 & quod dicit solum principẽ hoc posse: verum est solus. idest, nullus alius solus, secundum Ro.

n Per epistolam. Vt ĩ. de his. qui sui, vel alie. iu. sunt §. dominorum. & ff. de constit. prin. l. 1.

o Decreuit. Sedens pro tribunali dando sententiam definitiuam: vt C. de leg. & cõstit. l. fin. Nã interlocutio principis non habet vim legis, nisi hoc expressum sit à princip. vt ead. l. fin. C. de legi. Accursius.

ADDITIO. Dic hoc verum esse, scilicet definiendo præter ius: & præsentibus partibus. aliàs nõ. vel etiam interloquendo, dũ modo in corpore iuris claudatur, secundum Angelum hic.

p Edicto. Vt C. de legi. & consti. l. ij. & de secun. nup. l. hac edictali.

q Legẽ. Generalem. quã potes cognoscere quatuor modis. 5 Vt C. de legi. & cõsti. l. leges. vel specialem: vt sequitur.

r Hæ sunt. s. quas cõstituit Impe. Acc.

s Personales. Dum modo l iuris corpore non sint clausę. 6 aliàs omnes sunt generales: 7 vt C. de iusti. Cod. confirmãdo. l. vnica. in § fin. Accursius.

t Ob meritũ. Quia multũ seruierat principi: 8 & ideo aliquam pœnam, quã debebat ille pati propter delictum, quod fortè fecerat, ei remisit. Accur.

u Alicui. Pœnã merenti.

x Irrogauit. Scilicet nõ merenti: vel merenti, sed maiorem fortè, quã qua esset dignus: vt pęna eius mer' sit multoiũ. vt ff. de pœnis. l. aut facta. § fi. Accur.

y Sine exemplo. Idest, vt alij non caperent exemplum. Ac.

z Subuenit. Vt clericis, quibus indulta sunt specialia: vt l auth. vt cle. apud prop. epis. & C. de epi. & cle. l. cum clericis. & l. omnes qui, & curiæ, & alijs: vt C. de le. & cõst. l. ij. Sed nunquid intelligit sine exemplo subuenire, si cui simpliciter rescribat? Respond. sic, dummodo non sit ibi aliquod signũ ex his quatuor, quæ dicuntur C. de leg. & consti. l. iiij.

a Nõ transgreditur. ff. qđ quisque iur. l. j. cõtra. Sed distingue, an ad sui postulationẽ sit cõcessum: quo casu trãsgredit. vt ibi. aliàs nõ, vt hic, & ff q. quisque in. l. j. 9 Et sic soluit aliud ptra. C. de fru. qđ li. exp. l. fi. Vel dic ad vtrũque cõtra qđ ad aliud extendit: hoc ẽ dicere, vt alius habeat priuilegiũ. Vel dic, 9 q illud est speciale in alia l. C. de fru. & li. ex pen. ppter æqualitatẽ in iudiciis obseruãdã. ar. C. de postu. l. p nidendũ. Vel melius licet egrediatur personã, nõ est tñ generale ius: nec videt alius. s. aduersarius prorsus: cum sit contingens occasione controuersiæ.

b Tenent. Idest, ligant. Accursius.

c Edicta. Quæ scripta erant in albo prætoris: vt ff. de iur. om. iu. l. si id qđ in 1. in. Accu. ADDITIO. Et prætores hodie sunt præsides prouinciarũ, habẽtes sub se officiales tot' territorij: vt est ptãs Florentiæ. An.

d Non modicam. Sed magnam.

e Quod. Idest, ideo quia.

f Magistratus. Scilicet ipsi prætores. vt ff. de iustit. & iure. l. ius autem. §. ius autem prætorium.

g Dederunt. Vt ff. de ori. iur. l. ij. §. eo tempore.

h Ædiles curules. A cura dictæ. Obseruabãt enim nomina

5 Aliàs & si cui.

6 Aliàs n.

* Cõcor. in proœ. Decreta. in gl. vlt. post prin. ibi. Et indulgẽtia. & c. j. s gl. post prin. extra de calũnia.

1 Sequũtur Nic. Io. de Pla. Pote. & Ias. dicit tñ Ioan. Fab. quod sex modis.

6 Idẽ Nico. & Fab.

7 Istã gl. & seq. in ver. irrogauit, sequuntur Ang. & ẽt Io. de Pla. & Por.

8 Fallit in casib. notatis hic p Ange.

9 Istã approbat, Bartol.

ruina, vel incendijs ædiũ deformaret vrbis aspect⁹.
a De quibusdã causis. Vt de morbis, & morbosis, & vitiosis aĩalib. vt patet. ff. de ædi. edi. l. i. ADDITIO. Dic hoc verũ respectu actiõis redhibitoriæ sec⁹ respectu actiõis, q̃ro minoris, q̃ durat p annũ, ſm An. hic.

ctum de quibusdam causis: a quod & ipsum iuris honorarij b portio ẽ. *Iure consultorũ sententiæ (quibus à Cæsaris iura ĩterpretandi facultas data erat) responsa prudentium dicuntur: quæ vsq; adeò iuris pondus obtinebãt, vt nec cuiquã iudicũ ab his recedere fas eẽt.* Rñsa prudẽtiũ sunt sniæ, c & opiniones d eorũ quib. pmissũ erat de iure rñdere. † Nã antiquitus cõstitutũ erat, vt essent, q iura publicè e interpretarent: quibus à Cęsare f ius rñdẽdi datũ est: q iuriscõsulti appellabantur: quorũ oĩum sniæ, & opiniones eã authoritatẽ tenebãt, vt iudici g recedere à rñso eorum nõ liceret, vt est constitutum. h

Consuetudo moribus vtentiũ comprobata vim iuris scripti habet: hæc tamen ab Atheniensibus, illa à Lacedæmo. ortum habuit.

Sine scripto * ius venit, i qđ vs⁹ approbauit. † Nã diuturni k † mores ↄsensu l † vtẽtiũ cõprobati, legẽ imitant. m Et nõ n inelegãter ĩ duas species ius ciuile o distributũ eẽ vr. Nam origo p eius ab institutis q duarũ ciuitatum Athenarũ, s & Lacedęmoniorũ, * fluxisse vr. In his. n. ciuitatibus ita agi solitũ erat, vt Lacedęmonij quidẽ magis ea, quæ p legib⁹ obseruabãt memoriæ mãdarent: Athenienses verò ea, q̃ in legib. scripta comprehendissent, * custodirent.

b Honorarij. Qualiter? Respond. quia ædiles erant ex prætorib. i vt ĩ. de diui. stip. §. prætorias. & ff. de verb. obli. l. v. §. prætoriæ.
c Sententiæ. Snĩa est firma. & indubitata tñ. secundùm Io. s
d Opininnes. Opinio est cum dubitatione respõsio. j secundùm Ioan.
e Publicè. idest. quorum interpretatio fiebat publica authoritate cõcessa à principe, vt Vlp. Pap & similes, qui fecerũt leges. ff. de ori. iur. l. ij. §. post originem. & §. iuris ciuilis sciẽtiam.
ADDITIO. Hodie tñ snĩa doctorũ est pbabilis, & nõ necessaria: vt no glo. in l. j. circa fi. C. de leg. & legendi, seu interpretandi licentia in doctoratu collata, operatur, vt hæc possint publicè fieri: qđ alias non liceret. l. j. C de stud. lib. vr. Ro. lib. i i.
f A Cæsare. Augusto: vt ĩ. in primo titu. ponit̃. Acc.
g Vt iudici. Scilicet nulli.
h Vt est constitutum. Idest, sicut ipsi constituerunt.
Ex nõ scripto. CASVS. Vidimus de iure ciuili scripto i §. pracedenti vsq. huc Nũc hic sequit̃ videre de iure ciuili nõ scripto. Et ẽ scidẽdi q istę §. vsq; ad §. sed naturalia diuiditur in duas partes principales. In prima parte dicitur, q ius nõ scriptũ est illud, quod vsus populi Romani, vel alterius populi approbat. & obseruat: qđ ius quãuis i scriptis nõ sit redactũ, tñ obtinet vires, & vicẽ legis scriptæ. secũdo ied dat rationẽ, quare ius ciuile in duas ptes diuidit̃. s. ius scriptũ, & in ius nõ scriptũ: vt ĩ. §. cõstat. Et est rõ qa leges Romanæ habuerũt originẽ à duab ciuitatib. Græciæ. s. Lacedæmonia. q̃ vtebat̃ iure ñ scripto .i cõsuetudine vel viu. & habuerunt etiã ortũ leges Romanæ ab Athenis, quæ vtebantur iure scripto.
i Ex non scripto ius venit. De iure scripto vidimus: quod in sex partes diuidit̃, sequitur de nõ scripto: vt supra eod. § constat.
k Diuturni. Sed quanto tẽpore vsus facit mores, vel cõsuetudinẽ? Res. x. an. vt ff. qui & à q b. ma. li. nõ fi. l. cum fideicõmiss. §. Aristo. licet secundum quosdã exigat̃ tẽpus cuius nõ extet memoria: ar. ff de aqua plu. ar. l j. in fi. & ff. de aqua quo. & æsti. l. i §. duct⁹. & C. quæ sit lon. consuet. l. cõsuetudinis. & C. de sac. san. eccl. l. fi. 4 Item quia dr̃ longa, vt patet in ti. C. eo. & ff. eo. longa autem x. ann dr̃ vt ĩ. de vsuca. §. j. sequitur ergo, q x. an. fit robusta. 5 Sed nunquid semel sufficit vt intra x. ann. secundum eam iudicet? Res. non: Imò debet ad minus bis secundũ eã iudicari: 6 vt C de epis. au. l. 3. in fi. vel q̃rimoniã, vel ij bellũ propositũ ↄ cõsuetudinem talẽ spernere: vt ff. de legi. & se. con. l. de cõsuetudine. Nunquid ergo id dicatur exeplis? Rñ. nõ: vt C. de sen. & interlo. om. iu. l. nemo iudex. & facit ff. de off. præ. l. sed licet. Sed ex consuetudine, quæ approbatur exemplis, & sic conceditur aliquid per obliquum. quod directò non cõceditur, sic arg. ff. quæ res pign. oblig. pos. l. Aristo. in fi sic econtra, peto ex promissione, quę promissio probatur. ex longo vsu: vt ff. de vsu. l. cum de in rẽ verso.
l Consensu. Alias nõ potest esse cõsuetudo: cũ dicatur cõsuetudo. quasi communis assuetudo, & error consuetudinẽ impediat: vt ff. de le. & se con. l. quod non ratione.
ADDITIO. Dic hoc verum, si error durauit, vel consuetudo sit penitus irrationabilis: puta contra fidem, ius naturale, vel diuinum: seu inductiua peccati. Sed si superuenit sciẽtia, vel error fuit circa causam impulsiuã: quãuis sit seuera, & minus rationabilis. tamen valet saltẽ in casu suo, vt ibi nisi expresse pei legem, vel constitutionem reprobetur: secundum communiter doct. hic.
m imitantur. Idest tantũ valet consuetudo vbi lex scripta non est, quantũ lex vbi scripta est Et no. tres virtutes cõsuetudinis, imitandi legẽ. vt hic. Itẽ interpretandi legem, vbi lex est dubia: vt ff. eo. l. si de interpretatione in fi Item corrigendi: vt ff de legi. & cõs. l. de quib. in fi. & ĩ. c. §. ea verò. Quod distingue, aut est gñalis cõsuetudo per totũ mundum. & tunc vincit legem vbique: vt ff. de leg. & senatusc l. de quib⁹. § fi. aut specialis: & tunc vincit legem in eo loco, vbi est: vt ff. commu. pręd. l. venditor. §. si cõstat: dummodo post legẽ fuerit inducta: alias vincitur à lege superueniẽte: vt ff de sepul. vio. l. 3. §. diuus in alio autem loco consuetudo specialis non vincit legem, sed vincitur à lege: vt C. eo. l. cõsuetudinis. & hoc secundum Ioan. & Pyl. licet alij aliter distinxerint.
ADDITIO. Et sic gl. dupliciter restringit illam legẽ: & cum ea transeunt cõiter doct. sed c. fi. de consue videtur dictam legẽ intelligere. nisi consuetudo esset rationabilis. & legitimè præscripta. Ias.
n Et non. Hic §. cõis est ad duo supradicta. s. ad ius scriptum, & non scriptum, ideo bene est hic §.
o Ius ciuile. Large accipe: vt no. in §. ↄstat. ĩ. c. i gl. j.
p Origo. idest, lex xij. tabul. quæ fuit origo totius iuris ciuilis. & principium.
q institutis i. ordinamẽtis Nam Romanus pop. decem viros pro isto iure misit, qui x. tabulas eburneas tetulerunt tam de iure scripto Atheniensium, q̃ nõ scripto Lacedæmoniorum: sed quia postea aliquid deerat, vel emendationem desiderabat: data fuit potestas per vnum annum his decem viris, vt ius, & leges corrigerent addendo, & detrahẽdo: & si opus eẽt interpretarent, q vt ea facerẽt, duas tab. addiderũt: & sic l. xij. tab. ex accidẽti dicta ẽ: vt ff. de ori. iu. l. 2. §. j.
Sed

5 Hoc nõ reperit̃ iure cautum secũdũ Nico.
a Idẽ Nico. Ange. & Pla.
4 Approbat̃ p Nico. Ange. & Ioã. de Plat.
† In vul. exẽp. quibus pmissum erat iura condere.
4 Ista est falsa: qa tac t⁹ populi ↄsensus ex quo īducit̃ cõsuetudo, semp est cõtinuus, & præsumitur spatiũ decem annos. & hoc in cõsuetudine. p quã ius cõstituit̃. sed ĩ ea. p q̃ ĩ i⁹ acquirit̃, seruat̃ de iure ciuili vt no. ĩ l. cũ de in rem vers. ff. de vsu. & l. sicet tis annis. C. de pac de iur. canonico, distingue an hẽat titulum vel nõ & an sit ↄ i⁹ cõe, vt p Io. Fab & Ang. hic
3 Et hæc est cõis opinio ſm Christ. & Ias. hic: nisi de iure cano. i io bus ecclesiasticis. vbi requirit̃ spatiũ 40. annorum secũdũ Ioã. Fab. & Ange hic.
6 Hoc verũ in cõsuetu. cõcernente iudicia. alia. secundũ Ange. hic, aliàs sufficiũt duo actus, etiã extraiudiciales, dũmodo sint notarij. aliàs relinquit̃ arbitrio iudi. secũdũ cõiter doct. hic
* Aliàs ex non scripto.
† Cõcor. cum hoc tex. c. cęterum. cum glo. ij. extra d' test. cog.
† Tacito. nam si expresso, esset l. municipalia ſm Nico. de Neap.
† Ita q bis est iudicatũ hr̃ p consuetudine E. gi. Per.
* In q bus dã exẽpl. & Lacedęmonis.
* Aliàs deprehẽdissent.
Lex 12. tabularum vñ ortum habuit.

Sed naturalia. CASVS. Iste §. dupliciter pōt intelligi. Vno mō, vt faciat dfiā inter ius naturale qđ est cōe oīb. animalibus, quod est immutabile: & ius ciuile cuiusq; ciuitatis. qđ est mutabile. Ecce enim ciuilia iura, & statuta alicuius ciuitatis, Romanæ, vł alterius, tolluntur per nouā cōsuetudinem ɔ̄riam. Alio modo pōt intelligi, vt dīfferentiā faciat inter ius gentiū, quod est cōe omnib. hominibus ex vna parte: & ius ciuile ex alia parte. h. d. vsq; ad §. oē autem. Fran. de Are.

Ius naturali rōne apud oēs gētes obseruatū, & ciuile, in hoc discrepāt, quoniā primū immutabile ē, reliquū verò consuetudine, aut cōtraria l. mutat.

Sed naturalia [a] qdē iura, q̄ apđ oēs gētes peręq; obseruant, diuina quadā ꝓuidētia cōstituta, semp firma, atq; imutabilia [r] pmanēt. Ea verò, q̄ ipsa sibi quęq; ciuitas cōstituit, [b] sępe mutari solēt, vel tacito cōsensu [c] populi, vel alia [d] postea lege lata.

Ius commune ad personas, res, vel actiones spectat: & à dignioribus sumendum exordium.

Omne [e] autē ius, quo vtimur, vel ad pſonas [f] ptinet, vel ad res, [g] vel ad actiones. [h] Et prius de personis videam⁹. nā parū est ius noscere, [*] si pſonæ, [i] quarū cā constitutū est, ignorentur. [k]

a Sed naturalia. Hic §. pōt intelligi de iure naturali primæuo, quo mouent oīa animalia ad aliquid faciendum: vt no. ɔ̄. eo. ti. in prin. sed qđ dicit esse immutabile, est ɔ̄ id quod de seruitute dicitur: q̄ est ɔ̄ ius naturale: & ius præualet: vt ɔ̄. e. §. ius autē. Sed dic, nō derogat ob hoc, licet nō seruetur in illo casu: nā nihilominus bonū. & ęquū est [1] Et eodē mō rn̄deo ad illud qđ dr ɟ. de cap. dim. §. qđ autē qđ ē ɔ̄. Vel ibi nō tollit cognatio: sed ius [2] succedēdi. Itē eodē mō, vt plus rn̄deo ad illud qđ de vsucapione dr ɟ. de vsuc. in prin. qđ constat esse ɔ̄ ius naturale: vt ff. de cōd. I. de. l. nā hoc natura. [3] Vel dic, q̄ iste loquitur de iure gentium: quod patet ex illa litera, Quæ apud omnes gentes & ɟ. eo §. quod verò naturalis. Accur.

b Constituit. De consuetudine speciali, vel lege municipali scripta.

c Tacito consensu. Scilicet contraria consuetudine: vt ff. de leg. & se. con. l. de quibus. in fine.

d Vel alia. Idest contraria statuto: & sic redduntur singula singulis.

Oē autē. CASVS. In hoc §. de iure ciuili tractat: & sic de tertia parte ti. Et dr, q̄ totum nostrum ius ciuile diuiditur i tres partes. In prima parte tractat de pſonis. In scđa de rebus. In tertia de actiōib⁹. Secūdo dicit, Primo videam⁹ de pſonis, tanquā de dignioribus. Et reddit rō quare primo de pſonis est videndū: quæ rō talis est: qa nihil ꝓdest scire iura, nisi primo sciremus de pſonis, & cōditionib. pſonarū: quarū personarum cā, seu gratia, & earum fauore iura cōdita, & composita sunt: hoc dicit vsque ad finē.

e Omne. Quid sit ius, & qualiter diuidat dixit: nūc differentiam inter ipsa iura ponit.

f Ad personas. De hoc dicitur ɟ. in toto primo libro vsque ad ti. de re. diui.

g Ad res. De hoc dr ɟ lib ij & 3. vsq; ad ti. de oblig.

ADDITIO. Et quid appellatione rei mex conueniatur, vide per Ang. Aret. hic.

h Ad actiones. De his dicitur ɟ. de actio.

i Personæ. Nā hō est dignissima creaturarū: vt ff. de ædil. edi. l. vlt ī fine. in prin. vn̄ Ouid. Pronaq; cum spectēt aīalia cætera terrā. Os hōi sublime dedit: cęlū que videre iussit: & erectos ad sydera tollere vult⁹. Et Ver. Igneus ē ollis vigor, & cęlestis origo. Seminib⁹.

K Ignorent. Et sic statim ponit de iure personarum. Et nota hic quod dignīora præponēda sunt. sic ɟ. de bo. pos. § aliam vero, in glo. altiori. & per hoc faciamus multas formationes titulorum.

Hic Cicero li. 5. de republica legē naturę cōstantem, & sempiternā atq; et immutabilē appellat.

1 Hoc est quāuis in se est, scilicet: licet: l abstractā vīgeat semp vniformiter: sed q̄ tum est i cōcreto, pōt in aliquo mutari: ſm Ang. hic.

2 Ista est vera ſm Ang hic.

3 Et not. q̄ ea quæ sunt d necessitate naturæ, nō mutātur, vt hic. sed ea q̄ sunt de pſumptiōe, sic vt leonis feritas, & hoīs mansuetudo: sub qb⁹ ī species ma gis accidens, quā natura: qđ īducit in arg. ad reprīsalias ɔ̄ aliquos puta Ferrariēses ɔces sas. vt per Angel. & Ias.

Ouid. 1. d Metam. & Virgil. 1. 6. Enei. Mercu. Trismegistus, mirā dū qd dixerit hominem.

DE IVRE PERSONARVM

Quia oē ius aut ad pſonas, aut ad res, aut ad actiones pertinet [4]. I. 1. ff de sta ho. §. 1 sup. tit. 1 §. fi. Cū ergo persona quibuscunq; reb. digniores sint, l. iustissime. in prin. et ff. de adi. edic. ideo ab eis exordium faciturus: subdit de iure personarum. Secundum Por.

4 Istā cōtinuationem sequitur Pe. de Bel. pert. hic.

TITVLVS III.

DE IVRE personarum.

Prima personarum diuisio: exinde libertatis, & seruitutis finitio.

SVMMA [1]

Summa. Totus iste ti. diuiditur in sex ptes. Nā primo ponit diuisiones pſonarū. Secūdo definitionē libertatis: ibi. Et libertas. Tertio definitionem seruitutis ibi. Serui⁹. Quarto quare dicant serui: ibi. Serui autē. Quinto quot modis qs efficiat seruus: ibi. Serui aūt: Sexto ponit dfiā inter seruos, & liberos: ibi. In seruorū. Aretin.

[•] Aliàs nosse. Diuisio.

c Solus. Et in casu etiam cum alio: vt ff. de hæred. insti. l. si is. & l. qui soluendo.
d Necessarius. Quia siue velit, siue nolit, cogitur esse hæres: vt j. de hær. quali. & diff. §. j. nisi in tribus casibus, quos habes ff. de hær. insti. l. si seruo.
e Non extiterit. quo vltimo casu seruus institutus est hæres.
f Eadem lege. s quæ prohibuit: eadē & ex iusta causa concedit: vt hic, & j. eo. §. eadem. Accur.
g Et rectè. Scilicet est prouisum.
h Egentes. No. q̄ prodest paupertas: 3 quia fauetur paupertati. sic ff. de transf. l. cum hi § si in annos. & C. de epi. & cle. l. si quis ad declinandam. § pen. ff. de offi. præt. l. libertas. §. fi. 3 Arg. contra. ff. de excus. tut. & cu. l. spadonem. §. fi. & in Auth. de testa. §. j. col. 7. & illud.
Pauper vbique iacet. Licet contra dicatur.
Cantabit vacuus coram latrone viator. Accur.
i Vel. Pro saltem.
k Haberent. Sic ff. de interrog. act. l. & quia. in prin. & j. de bono. poss. §. quos autem.
l Eo. Seruo, nunc libero facto.
m Non faciēte. i. nō satisfaciente creditoribus. Accu.
n Serui. Quondā: sed mō liber est. ADDITIO. Et de hac dictione quōdā, vide gl. singularē. l. j. sup verbo. olim. ff. de ope. no. nū. & in §. sed aliqñ. j. d. vsu. & Mādo. in gl. Paul. §. sanè. in ver. quōdā.
o Iniuria. Quo ad famā: q̄ ēt post mortē q̄nq. dānat: vt ff. de acc. l. ex iudiciorū.

Idēq; iuris est. Diuidit in tres partes. Primo ampliat §. pcedentē. Secūdo ampliationē extendit. Tertio rōnem subdit. Sēda ibi. Quod nostra. Tertia ibi. Cū non sit. CASVS. Dñe, iā video q̄ licet dño, qui soluendo nō est, seruū suū cū libertate hr̄dem instituere. Sed ponamus q̄ aliquis instituat seruū suū hęredē, nulla facta mentione libertatis: nū qd valebit talis istitutio? Ad hoc rñ. Iusti. q̄ sic. nam certe idē iuris erit, qñ aliquis seruū suū hęredē instituit omissa datione libertatis, ac si eundē cū libertatis expressis instituisset. Et hoc nostra constitutio nō solū in dño, qui soluēdo nō est, quadā noua humanitatis rōne. sed in quolibet dño seruum suū instituere generaliter constituit: vt ipse seruus institutus ex ipsa istitutione beneficiū libertatis obsequatur: licet dñs ipsum instituendo libertatem non expresserit: cū non videatur verisimile dñm, qui seruū suū sibi hr̄dem elegit, voluisse ipsum in seruitute remanere, licet dationem libertatis prætermiserit: & ita neminem sibi hæredem existere. hoc dicit vsque ad § in fraudem. Franc.
p Sine libertate. Nō q̄ dicat, instituo te sine libertate: quia sic nō esset hæres: vt statim dicetur in fi. huius §. sed prætermisit dationem libertatis: vt in fi. §.
q Cōstitutio. Qua fit liber. & necessarius hæres: vt C. de necessa. ser. hære. insti. l. quidam in prin. Acc.
r Scriptura. Sic ex datione tutelæ: vt j. qui dari tut. pos. in prin. de qua pdixit mō: & C. de nec. ser. l. qdā.
s Institutionis. Arg. q̄ aliquo cōcesso, illud conceditur sine quo illud esse non pōt: vt ff. de iur. om. iu. in l. s.
t Cum non sit. Hæc est noua ratio, de qua prædixit modo: sed lex ipsa antiqua fuit: 4 vt j. de hæred. insti. § i. quæ est contra.

In fraudē. Diuidit iste §. in tres partes. Primo qualiter p̄inmat manumissio in fraudē. Secūdo oñ pp fraudē īpediat manumissio sīna libertas. cū rōne. Tertio ex rōne infert. Sēda ibi. Præualuisse. Tertia ibi, Itaq;. CASVS. Dñe Imperator, vos dixistis mihi s. q̄ debitor, qui manumittit in fraudē creditorū, nil agit. p Deo exponatis regulam istam, & dicatis mihi: quis in fraudem manumittere dr̄? Ad hoc rñ. Iusti. & dicit: Amice

1 Sic quędam sunt pmissa in vltima voluntate q̄ non inter viuos. secūdū An. Ægi. Per.
2 Nequa enim opprobrio carere pt, cuius bona publicè veneunt. Hinc Cic. p Quintio, Hercula, inquit, cui⁹ bōa ex edicto possidentur, huius fama ois, & existimatio cū bonis simul possidentur. De quo libelli in celeberrimis locis pponuntur. huic ne perire q̄dē tacitè obscure q̄; licebit, & q̄ ibidē subsequūtur in eādem sententiam.
3 Sic eadē lex vnum pmittit, & phibet diuersa rōne. Pet. Aegi. Per.
3 Trussa est: imò paupertas nūquā pdest. sed in quibusdā casib. potius paupertati fauet. quā diuitiis sm Pe. de Bel. p. & dixit c. j. in d. l. si qs ad declinandā. §. fin. qd à tali pdesse liberet nos De⁹.
2 Vbi pœna erat extraordinaria, & pecuniaria, aliàs secus. vel. fi. ff. de in ius voc. et l. Pedi⁹. ff. de incēd. rui. nauf. Ang & la.
4 Et vide ibi gl. sup verbo innouationem. sed Chris. hic esponit nuua, i. singularis q̄a alia rōne lex antiqua moueri non potuit, argo. ea. erit lex. j. dist. & l. icire leges. ff. de legi.

Amice. certè ille dr in fraudem creditorũ manumittere, qui iam eo tpe, quo imponit libertates, est solueñdo. sed post per dationem libertatis desinit esse soluendo. & hæ sunt vera de rigore iuris. Prævaluisse tñ le æquitate non aliter reuocari libertates nisi debitor manumittens animũ fraudãdi habuerit, quamuis bona eius creditoribus non sufficiant. Sæpe enim sperant hoïes plus habere in suis facultatibus, q̃ habeãt. Sic igitur demũ intelligimus libertates datas ab eo reuocari posse. qui soluendo non est: cum vtroq; mõ creditores fuerint defraudati, & cõsilio manumittẽtis, & re ipsa. i. qa sicut ipse manumissor eos fraudare proposuit, ita in rei veritate fraudati sunt ambo: ita q̃ iam datis libertatibus, bona eius creditorib⁹ nõ sufficiãt. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. Eadem lege Aelia Sẽtia. Franciscus.

In fraudem [a] antẽ creditorum manumittere videtur, qui vel iam eo tempore, quo manumittit, soluendo [b] non est: [c] vel qui datis libertatibus desiturus est soluendo esse. *Non aliter poterit semel data libertas impediri, nisi & decipiendi animo, & ipso rei euentu fraudati fuerint creditores.* Prævaluisse [d] tamẽ videtur (nisi animum quoque fraudandi manumissor habuerit) non impediri libertatem: [e] quamuis bona ei⁹ creditoribus non sufficiant. Sæpe [f] enim de facultatibus suis amplius quàm in his est, sperant homines. Itaque tunc intelligimus impediri libertatem, cũ vtroque modo [g] fraudantur creditores, idest, & consilio [h] manumittentis, & ipsa re, eo quòd eius bona non sunt suffectura creditoribus.

Minor annis viginti non aliter seruum manumittere potest quàm causa cognita, & iusta manumissionis causa: quæ autem sint iustæ causæ, hic traditur.

Eadem [i] lege Aelia Sentia dño minori [k] viginti annis non aliter manumittere pmittitur, q̃ si vindicta [l] apud consiliũ, [m] iusta cã manumissionis adprobata, fuerint manumissi. Iustæ aũt manumissiõis cãę [n] hæ sũt: veluti, si quis patrem, [o]

Illum obligatorium, quia fuit fraudulentum. Eadẽ. Iste §. cum §. seq. diuiditur in tres partes. Primo ponit, qualiter minor 20. ann. non potest manumittere, nisi ex causa. Secundo ponit, quæ sunt causæ iustæ. Tertio limitat vnã prædictarum causarum. Secunda ibi. Iustæ. Tertia ibi. & seruus.

CASVS. Dñe, si vidi vnum impedimentum manumissionis, quod interuenit rõne fraudis: nunquid est adhuc aliqd aliud impedimentum, qđ obest manumissioni? Ad hoc rñ. Iustin. q sic. Nam certè eadẽ lege Aelia Sentia statutum est dñm minorem 20. ann. non posse aliter seruum suum manumittere nisi sta cã manumissionis fuerit apud iudicem approbata. Sed postea domine, pro Deo dicatis mihi, quæ sunt iustæ causæ manumissionis? Ad hoc respondet Amice, istæ causæ manumissionis sunt iustæ: veluti, si quis habeat filium, vel filiam, naturalẽ ex ... aut fratrem, aut sororem aut nutricem, aut pædagogum, aut ed ... suum, aut eum, qui aiuit. & velit manumittere: aut si quis velit collactaneum suũ manumittere: aut seruũ suum gratia procuratoris habẽdi qui manumissus nõ minor 17. an. manumittatur, vel si velit manumittere ancillam, vt eã ducat in vxoré. Nam certè omnes istæ causæ iustæ videntur. ita tñ in hoc casu minori 20. annis. ancillam suã manumittere permittit. si intra sex menses à tempore manumissionis connumerando vxorem ducat, nisi aliqua iusta causa superueniens matrimoniũ impediat. & h. d. vsq; ad illũ §. semel. Fran. de Are.

[a] In fraudem. Sic ff. eodem titu. l. qui & a qui. ma. l. non fi. l. in fraudem.

[b] Soluendo. Cum & sciat se habere creditores: vt ff. quæ in frau. cre. l. omnes. §. Lucius.

ADDITIO. Et dicit Ange. q hoc probatur, si erat de facto suo, & non de longinquo. Arg. l. fi. pro suo. & est tex. in l. si quis cũ haberet ff. q̃ in frau. cre.

[c] Non est. Et tunc erit peius soluendo.

[d] Prævaluisse. Nã quidã dicebant, q sufficiebat solus euẽtus: & alij dicebant, q exigebatur vtrunque, s. fraus, & euẽtus: & illa sñia præualuit. Tũ ex prædictis videbatur sufficere euentum solum tantum, &c.

[e] Non impediri libertatem. Hic diligenter attende, q si directè detur libertas: nõ solũ inter viuos, sed etiam in vltima voluntate duo necessaria sunt. s. cõsiliũ, hoc est fraus, & euentus vt hic. & ff. eo. l. in fraudẽ. & C. eo. l. i. in fideicõmissaria sufficit solus euentus: vt C. qui ma. nõ poss. l. fi. Et est rõ: quia facilius libertas de facto data ab hẽde reuocatur, quã à defuncto (cuius dispositio videbatur lex) vt: ff. de fideicõ. lib. l. 4. §. si in fraudem. Alia ratio no. C. eo. l. fi. In alijs autem alienationibus, quæ in fraudem creditorũ fiunt: dic vt j. de act. §. item si quis in fraudem.

[f] Sæpe. Respondet tacitæ obiectioni. quomodo põt esse animus bonus: cũ ipsa veritate fraudẽt eos? Rñ. Sæpe. n. &c. Sed arg. contra C. de rescin. ven. l. si quis.

ADDITIO. Solue istud cõtrũ. & dic q hoc procedit in vltimis voluntatibus, nisi cõtrium aliqua suadeat qualitas: vt in auth. sed cum testator. cum glo. C. ad leg. falci. ibi verò inter viuos in rebus immobilibus. seu mobilibus, & præsentib. quæ peruenerunt ab antiquo aliàs secus, sm Ang. Are. hic.

[g] Cum vtroque modo. Scilicet cum fraus, & euẽtus interuenit, vt subijcit. & facit ad hoc ff. qui. & a qui. ma. l. non fi. in fi. l. in fraudem.

[h] Consilio. Nota Quem teneri de consilio. Sed contra ff. man. l. a. §. fi. sed hic fuit fraus; ideo fuit tale cõsiliũ

[i] Eadem. Scilicet, de qua habita est mentio sup. eo. in princip.

[k] Minori. Sufficit ergo si non sit minor 20. ann. etiã si non sit maior vt quia tetigit vltimũ diem vicesimi anni: vt ff. de manu. l. 1. sicut in testamento, fauore sui: vt ff. de testa. l. qua etate.

ADDITIO. Quando aũt tempus cœptũ habeatur pro completo, vel nõ, distingue vt no. per Christoph. hic.

[l] Vindicta. Hoc expone: vt s. ti. j. §. multis.

[m] Apud cõsiliũ. Idest, apud locũ illũ, vbi habetur sup hoc cõsiliũ. l. deliberatio. & sic ponitur id, qđ hẽ pro eo vbi hẽ: vt ff. de iusti. & iu. l. pe. §. fi. Vel dic apud eos, qui præsunt consilio: vt sunt oẽs habentes ordinariã iurisdictionẽ, etiã minimi magistratus: cum hoc sit de voluntaria iurisdictione: vt ff. de offi. procon. & le. l. 2. & in Auth. de defen. ci. §. insinuandum. in fi. & in gl. & quicquid. & gl. pe. col. j.

[n] Iustæ autem manumissionis causę. Facit. ff. de ma. vin. l. si minor. cũ l. seq. vsque ad l. apud. vbi iustæ causæ connumerantur: connumeratur enim inter iustas causas manumittendi, si dominum à periculo vitæ, vel infamiæ liberauit seruus: vt ff. de manumis. vin. l. iusta. Accur.

[o] Patrem. Sed qualiter potest filius habere seruum

Libertas in fraudẽ data an possit reuocari.

[g] Præsumitur aũt fraus, si sciat se habere creditorem: vt l. si qs cũ hẽret. ff. quæ in fraudem. Aegi. Per.

[a] Quia si erã nõ est voluntas testãtis: vt est tex. nota. sm Ias. in l. si pt. l. prin. ff de his, q̃ in frau. nã nõ vr mandasse illicitũ s. q fraudẽtur creditores. l. creditor. §. fi. ff manda. Item nec hẽdis, qs vr facere ex debito nõ sua voluntate: vt sit tex. in l. j. C. de li be. & eorũ libe. & ita hãc gl. approbat Ias. Quis Ange. teneat gl. l. cõtra.

[i] Et quot alijs modis cõsiliũ sumatur Mãdo. in Gl. Facul. §. habita ff vet. consilio.

[4] Et hæc vera sm q̃ text. nõ superfluit cũ cõsiliũ. & verbũ vindicta: expositũ vt in gl. 2. s. de libe. sint diuersa: & sic ẽ speciale hic, vt hęc manumissio fiat in loco maiorũ: quia exigit plenã causæ cognitionem. aliàs secus: vt ibi no.

[5] Ista gl. relata ad textũ est falsa: qa tunc manumissio nõ competit iure magistratus. nec ẽ de legabilis: vt ff. e. l. 2. cũ gl. 1. sed pcedit in maiore manumittẽtẽ, sm Pe. Angel. & Ias. hic.

suum patrem, vel ecõtra : vel frater fratrẽ suum, siue sororẽ ? Rñ. bene potest : vt quia instituit dominus filium serui sui hæredem, vel filium ancillæ, vel econtra : & sic de alijs, quo casu sic institutus fit liber, & dñs est omnium bonorũ, quorũ dñs fuerat testator : vt sup. eo. §. t. & ff. de acqui. pos. l. cum hæredes. in princi. Item potest esse, vt si habeat quis filiũ ex ancilla sua : nam est seruus, & filius : vt C. cõmu. de manu. l. fi. & cõ. si seruus habeat filiũ ex domina : nam filius est & liber, & dominus : cum ventrem sequatur quo ad statum : vt C. de rei vẽdi. l. partum. licet possint ipse, & dña accusari : vt C de mu. q̃ se. ppi. l. j. & j. de hæt. insti. §. t.

aut matrẽ, filium filiãve, aut fratres, sororesve naturales, [a] aut pedagogum, [b] aut nutricẽ, aut educatorem, aut alumnũ, [c] alumnamve, aut collactaneum [d] manumittat, aut seruum, procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonij habendi causa : dum tamen intra sex menses in vxorem ducatur, [e] nisi iusta causa [f] impediat. Et seruus, qui manumittitur, procuratoris habendi gratia, non minor decem & septẽ [g] annis manumittat.

Semel approbatum, siue iustum siue iniustum sit, non potest reprobari.

[a] Naturales. Et legitimos : vel naturales tantum. Acc.

Pædagogus.

[b] Pędagogum. Scilicet qui ab initio instruit pueros. & dicitur a pais, quod est puer, & agogos. qđ est ductor : quasi ductor, siue gubernator puerorum.

[c] Alumnum. Passiue. quem, vel quam alumnus aluis, vt differat à superiori educatore.

[d] Collactaneum. Qui simul mecum lactatus : quem fratrem bononienses appellant.

[e] Ducatur. Præstito super hoc sacramento : vt ff. de manu. vind. l. si collactaneus. in fi.

[f] Iusta causa. Vt infirmitas. quæ tribuit dilationẽ : vt ff. si quis cau. l. 2. §. 3. & 4. & ff. de re iudic. l. quæsitũ, vel alia quælibet iusta : vt ff. ex qb. cau. ma. l. j. in fi.

Procurator est duplex.

[g] Decem & septẽ annis. Sed quomodo minor 25 an. potest esse procurator : vt C. de procu. l. exigendi. & ff. de procu. l. minor ? Rñ. hic ad negotia fuit, non autẽ in iudicio eẽt põt. [i] sic aliàs est differẽtia inter hos procuratores : vt ff. man. l. si procuratorem. §. j. Acc.

[i] Et hæc veritas hodie decisa in c. qui gñali ter. de p̃cu. lib. 6. fallit tñ in casu dictæ l. exigendi. sm do. hic. Et sic nota q̃ vbi articulus dubius de iure ciuili, est clarus de iure cano. sequimur ius cano. et in terris imperij : sm Por. Egid. Fer.

Semel autem. CASVS. Dñe iam video q̃ non licet minori 20. an. seruũ suũ sine iusta causa manumittere. Sed ponamus, q̃ aliquis minor 20. ann. volens manumittere seruũ suũ allegabat iustã cãm corã iudice, puta q̃ seruus ille, quẽ voluit manumittere, fuit sibi socius in armis, vel in scholis : & iudex illã cãm tanquam iustam approbauit : vnde talis minor seruo imposuit libertatẽ : postea procedẽte tpe apparuit illam cãm fuisse iniustam : nunquid occasione illius causæ non iustæ, poterit libertas data reuocari ? Ad hoc respon. Iusti. q̃ non. Cã. n. à iudice semel approbata, siue iusta, siue iniusta fuerit, nunquã postea retractabitur. & hoc vsque ad illum §. cum ergo.

[h] Causa. Scilicet manumissionis.

[i] Approbata. Scilicet apud consilium.

[k] Siue falsa. Quasi dicat, si dicit filium, licet nõ sit, vel patrem, vel similia : licet hæc ita non sit. secundũ quosdã, quod reprobo, cum id quod falsum sit, nihil sit, nec præstet causam : vt ff. de verb. sign. l. Paulus. & C. si ex fal. instr. per totum. ff. de except. l. qui agnitis. Vnde dic vera, idest, iusta, falsa, idest, iniusta : vt quia dicit eum socium meum fuisse in armis, vel in scholis, q̃ inducebã pro iusta causa, & talis fuit cã, vel similis approbata, licet non debuerit approbari.

& sic vera ponitur p̃ iusta. sic ff. de leg. i. l. si fideiussor. §. t. & ff. de in integ. resti. l. omnes. sic econtra iusta pro vera : vt s. tit. t. in prin.

[l] Non retractatur. Sic ff. de manu. vind. l. iusta. quia nihil facilè immutãdũ est ex solẽnib. vt ff. de in integ. rest. l. diuus. Sed cõtra. ff. de excusa. tu. l. sed & reprobari. j. rñ. sed hoc fauore libertatis : illud fauore sanitatis. Acc. ADDITIO. Ex hac gl. dicit Bal. q̃ potestas, qui dedit vicarium vsque ad annum si ignarus reperiatur, potest remouere, & hoc fauore Reipu. quam debet administrare secundum Christopho.

Semel aũt causa [h] approbata, [i] siue vera sit, siue falsa, [k] nõ retractatur. [l]

Minori annis viginti non ante a licet proprijs seruis testamento libertatem dare, quàm decimum octauum annum attigerit.

Illud nota, Mediã viam eligendam.

Cum ergo certus modus manumittendi minoribus viginti annis dominis per legem Aeliam Sentiã cõstitutus [m] eẽt : eueniebat, vt qui quatuordecim annos expleuerat, licet testamentũ [n] facere, & in eo sibi hęredẽ ĩstituere, legataq; reliquere posset : tñ si adhuc minor esset

Cum ergo. Diuidit iste §. in quatuor partes : quia primo ponit vnũ dictũ. Scdo ĩ illud adducit plures rõnes. Tertio pro eo adducit alia rõnes. Quarto ad concordiam reducit, mediã eligens viam : & rõnem annectit. Secũda ibi, Quod nõ erat. Tertia ibi, Secundum. Quarta ibi, Ideo nos.

CASVS. Dñe, iam video quid statuit lex Aelia Sentia circa minores manumittere seruos suos volẽtes. quid vobis vr de statuto l. Aeliæ Sentiæ : nunquid hodie obseruandum est ? Ad hoc respondet Iustinianus dicens, Amice, certè nobis videtur prima facie ex statuto l. Aeliæ Sentiæ quoddã ius intolerabile emergere. Cũ enim minoribus 20. ann. authoritate le. Aeliæ Sentiæ certus modus manumittendi sit statutus : ex hoc statuto cõtingebat : vt licet minor, qui quatuordecim annos impleuerit, testm̃ posset condere, & in eo hæredẽ instituere sibi, & legata relinquere : si tñ adhuc minor 20. ann. fuerat, libertatẽ vni seruo dare nõ poterat, qđ non vr aliquatenus ferendũ. Cum. n. huiusmodi minori omnium bonorũ suorũ libera dispositio in testõ concedatur. satis vr absurdum. q̃ ei beneficium manumittendi denegetur. Quare enim non similiter, vt de ceteris rebus suis, ita & de seruis suis in vltima voluntate, quemadmodũ voluerit disponere conceditur : vt ipsis libertatis bñficiũ possit impertiri ? Hoc non vr rationi consentaneum. Veruntamen cũ libertas inæstimabilis res sit, & idcirco minori 20. ann. eã præstare seruis suis antiquitas prohibuit : ideo his rationibus moti, quodammodo viam mediã eligimus, & nõ aliter minori 20. an. p̃cedimus dare seruo testõ libertatẽ, nisi compleuerit 17. ann. & parum 18. an. attigerit. Cum enim antiquitas huiusmodi ætatis hominibus pro alijs in iure postulare concesserit, non videmus rõnem, cur stabilitas iudicij sui in tñ eos iuuare nõ credatr, vt saltẽ in dicta ætate cõstituti, libertatem seruis suis in vltima voluntate possint imponere. h. d. vsque ad fi. Fran. de Aret.

[m] Constitutus. Nã cũ dicit sine causa non posse manumitti : ergo ecõtra cum cã valet manumissio. sic ff. de eden. l. si qs ex arg. §. prætor. & §. prohibet. & ff. de pact. l. iurisgentiũ. §. prætor. & §. dolo malo.

[n] Testamentum. Si est masculus : fœmina vero in duodecimo : vt ff. de testa. l. qua ætate. & ff. de lib. leg. l. Aurelio. §. Casus.

Sed

a Sed cum libertas. Vsque huc allegando innuit, quod eodem tempore possit manumittere, quo testari: nunc econtra duas rationes considerat: & quia inaestimabilis est libertas: vt si vendat quis se, pretium ad venditorem non transit: imò penes emptorem eundem dñium remanet.

viginti annis, libertatem seruo dare non posset. Quod non erat ferendum. nam cui tutorũ suorum bonorũ in testõ dispõ data erat, quare nõ similiter ei, quẽadmodũ alias res, ita & de seruis suis in vltima volũtate disponere, quẽadmodum voluerit, permittimus: vt & libertatẽ eis possit prestare? Sed cũ libertas a inaestimabilis res sit, & pp hoc ante vicesimum aetatis annum antiquitas libertatem seruo dare prohibeat: ideo nos mediam b quodam mõ viã eligentes, nõ aliter minori xx. annis libertatẽ in testõ dare seruo suo cõcedimus, nisi decimũseptimum annum impleuerit, c & decimũ octauũ attigerit. Cũ.n. antiquitas d hmõi aetati, & pro alijs postulare e cõcesserit: cur non etiam sui iudicij stabilitas ita eos adiuuare credatur, vt ad libertatem dandam seruis suis possint peruenire? f

f Peruenire. Interrogatiuè legas, & respon. non est ratio, quare sit diuersum: est ergo idem ius statuendum, vt ff. de verb. ob. l. a Titio. in fi. nam vbi est eadem ratio, idem ius statuendum est: vt ff. ad l. Aqui. l. illud. & C. ad l. Fal. l. vlti. Accur.

TITVLVS VII.

DE LEGE FVSIA* Caninia tollenda.

Potest quis in testamento omnibus seruis libertatem dare cessantibus omnibus alijs impedimentis sicut inter viuos, non obstante statuto legis Fusiae Caniniae. Aret.

Lege Fusia † Caninia † certus g modus h constitutus erat in seruis testõ manumittendis: quam i quasi libertates impedientẽ, k & quodãmodo inuidã, l tollendã esse censuimus. cũ satis fuerat inhumanũ, viuos quidẽ licẽtiã habere

---

vnde est inaestimabilis: vt hic, & ff. de te iud. l. libertas. & ff. de tabu. exhi. l. j. §. fin. & quia antiquitas aliter statuebat, cui est deferiendum: vt C. da testa. l. testamenta. quare visis allegationibus soluit, mediam eligẽs viam. sic J. de rer. diui. §. cum ex aliena. licet sit argum. cõtra. ff. de neg. ges. l. Nesennius. in fin. & ff. da in rem ver. l. si pro parte. §. idẽ quaerit. ADDITIO. Dic, quod ant maior est pręsumptio pro vna parte, quam pro alia: & tũc non eligitur media via: vt l. Nesennius. & quod ibi no. glo. contra sniam Rustici. in fi. secus, qñ nõ asset maior pręsumptio maior pro vna parte quam pro alia. ita no. in l. sed & si lege. §. adeo. ff. de pet. hęr. Ang. Are. & Ias.

b Mediam. Nota mediã viã * sectãdã. sic ff. si pars hęr. pet. l. antiq. & J. de rer. di. §. cũ ex alie.

c Impleuerit. Sed hodie ex quo testari possunt, & libertates relinquere possunt: vt in authen. vt spon. lar. col. 9. §. 1. quod exaudi, si in vltima voluntate velit quis libertatem relinquere. quod patet ex hoc verbo relinquere: quod in d. auth. saltem in summario Bar. positum est, quod ad morientes * tantum spectat: vt ff. de tabu. exhib. l. j. §. fi. Sed quid si inter viuos velit quis manumittere? Rñd. non potest: nisi habeat 20. annos, vel nisi causa cognita sit. cum nec liber iste, nec Authen. loquatur, nisi in vltima voluntate. Vnde seruatur tenor eiusdem legis Aeliae Sentiae, cum non sit correctus: vt C. de appell. l. praecipimus. in fine.

ADDITIO. Et sic aliàs de contractu ad vltimas voluntates bonum sit argum. l. seruum filij. §. eum qui. ff. de leg. 1. imò secundum Ias. aequiparantur in terminis proprijs: vt J. titu. proxi. & C. eo. tit. not. secundum communiter doctores quod lex noua corrigens in vno casu, non trahitur ad alium similem rationem habentem, vel aequiparatum.

d Antiquitas. Vt ff. de postu. l. 1. §. initium.

e Postulare. Idest. desiderium amici sui, vel alienum sui coram iudicibus exponere: vt ff. de postu. l. 1. §. 2. non autem pro se poterit esse in iure: vt C. de auth. praest. l. clarum. & est ratio: quia quando pro alio accedit, sibi imputet, qui tali commisit causam suam, vt ff. de mino. l. cum mandato. pro se verò non, quia semper restituitur. Accur.

DE LEGE FVSIA. &c.

Viso in quibus causis manumissio fieri possit, & quia interdũ manumissio fieri phibetur a lege Fusia Caninia: ideo de eo nunc subdit. Porcus.

Lege Fusia. Diuiditur in tres partes. Primò, facit mentionem legis Fusiae Caniniae. Secũdò eã corrigit. Tertiò aliã rõnẽ assignat. Secunda ibi, quam quasi. Tertia ibi, Cũ satis.

CASVS. Accessi ad Iustin. & ita quaesiui ab eo: Dñe. vos vultis tractare de lege Fusia Caninia. Dicatis mihi, quid statutum fuit in illa? Ad hoc respõdet Iustinianus dicẽs, Amice, in lege Fusia Caninia certus fuit modus constitutus in seruis in vltima volũtate manumittẽdis: vt, licet quis inter viuos arbitrio suo posset seruos manumittere: tamen in testamento vltra quam ij. vel iij. forte propter prohibitionem legis Fusiae Caniniae, non poterat libertatem praestare. quam quidem legem Fusiam Caniniam quasi inuidam, & libertatibus impedimentum afferentem, tollendam esse iudicauimus, & eam in perpetuum silere existimauimus, & ad ipsam tollendam tali ratione moti eramus. Satis enim videbatur nobis absurdum, atque inhumanum viuos habere licentiam totam familiam suam arbitrio suo manumittere. nisi aliquatenus iusta causa impedimentum manumissioni praestaret, & huiusmodi licentiam ad mortem tendentibus auferre. hoc dicit Franc. de Aret.

g Certus. Vt vltra duos, vel tres fortè non possent manumittere in vltima voluntate, vt J. eo. in fi.

h Modus. Idest, numerus.

i Quam. Scilicet legem Fusiam Caniniam, fortè a quodam, qui Caninius nominabatur, inductam, vt in Publiciana dicitur, vt J. de actio. §. namq; si cui. in fi. nam canis seruabat naturam, qui stat in palea, qui nec sibi potest habere paleam, nec alij permittit accipere, sic nec sibi poterat tenere seruos, quia moriebatur, vt J. de don. §. 1. nec libertatem patiebatur eis dari. vnde meritò Canina dicitur, vt sit conueniens nomen rei. vt J. de dona. § est & aliud.

k Impedientem. Idest impedimentum afferentem.

l Inuidam. Not. contra inuidos. sic C. de cadu. tollend. in princip.

Addit

Sed hoc reprobat Chro. hic per l. 1. ff. quib. ad liber. pro cl. nõ lic. & per gl. sup verb. maior. in §. pen. J. de iu. pers. ad istum tex. videt quod hic nõ libertat, sed seruitas putatiua aestimat cum emptor putet esse seruũ vt no. in d. glo.

Si est pręsumptio maior pro vna parte quam pro alia, non eligitur. Ang. & Iaco. Egid. Per.

Hęc gl. est sing. ad hoc quod statutũ in vltima volũtate nõ extendit ad dispositionem inter viuos: sm Ang. & Iaco. Egid. Per.

Sufa sñ J eũ data valet: sed restringit per l. iniez. test. l. qui & maiores. ff. si ad. uer. rẽ iu.

Ista rõ gl. non est bona sm Ange. hic. rõ dic ali vt gl. ed.

Istã cõnuationẽ sequitur Pe. hic.

Fusia P. Fl. in inscript. l. 37. de cõ. & demõ.

Vide annotati. nrat hic, Egl. Per.

Huius legis Fusiae Caniniae nõ fa cile apud veterum quẽquã, mẽtionẽ reperies, praeterquam apud Flauium Vopiscũ, qui in vita Taciti. Seruos, inquit, oẽs vrbanos manumisit vtriusque sexus, intra centũ tñ, Ne Caninia trãsire videretur.

ADDITIO. Intellige istam glo. esse veram actiuè, non passiuè, ſm Por. vnde Ora. Inuidiam placare paras virtute relicta: vt l. nec quicquam. §. ſi. de officio procons. & leg.

a Familiam. Ideſt, omnes ſeruos, qui familia dicuntur: vt ff. de ver. ſig. l. pronunciatio. §. ſ.

b Cauſa. Vt ſiaus, vel ætas manumittētis: vt ſ. titu. 1. in prin. & §. ea.

c Moriētibus. Sed quomodo poteſt aliquid eis adimi, cū nihil habeant: nam mors omnia abſtulit: vt in Authen. de nup. §. deinceps. col. 4. Reſpon. dic morientibus, ideſt, ad mortem tendētibus: quia laborabāt in extremis, vel quaſi, vel etiā erant ſani, ſed timore mortis hoc faciebant vt ff. de don. cau. mor. l. 3. 4. 5. & 6.

d Adimere. Nota hic argum. quòd ea, quæ ſunt iure viuos, trahūtur ad voluntates vltimas. ſic econtra. ff. de pactis. l. pactum. & C. de leg. l. ſin. ff. de pignor. actio. l. non eſt mirum.

totam ſuam familiā a libertate donare, niſi alia cā b impediat libertatem: morientibus. c autē huiuſmodi licētiā adimere. d

---

TITVLVS VIII.

DE HIS QVI SVI vel alieni iuris ſunt.

Hic ponitur ſecunda diuiſio perſonarum cum ſubdiuiſione alterius membri. Et cognito vno de contrariis, cognoſcitur et reliquum: cùm contrariorum ſit eadē diſciplina. Areti.

Sequitē de iure pſonarū, alia diuiſio. e Nā qdā pſonæ ſui iuris ſunt, f quædā alieno g iuri ſubiectę. Rurſus earū, q̄ alieno iuri ſubiectæ ſunt, aliæ ſunt in ptāte h parentum, aliç ī poteſtate dñorū. Videamus itaq; de his, q̄ alieno iuri ſubiectæ ſunt. Nā ſi cognouerimus, q̄ iſtæ pſonæ ſunt: ſimul intelligemus, i q̄ ſui iuris ſunt. Ac pri⁹ inſpiciam⁹ de his, q̄ in ptāte dñorū ſunt.

Et ſi olim domino ſeruū occidere impunè liceret, hodie tamē in eū non (niſi ex legitima cā) ſæuire licebit, quinimò vſq; adeò dominorum aſperitas coercetur: vt ſi intolerabilis ſit, ſeruos iuſto pretio venundare cogantur: cùm Reipublicæ interſit, ne quis re ſua abutatur.

In poteſtate iaque dominorum ſunt ſerui. Quæ quidem poteſtas iuris gē-

---

DE HIS QVI SVI VEL ALIENI. IV. &c.

Poſita prima diuiſione perſonarum. reſtat videre de ſeruis. Textus ſeipſum ſatis continuat.

Sequitē. Totus iſte ti. diuidit in quinq; partes. Primò ponit duo genera perſonarum Secundò, qui ſunt in ptāte dñorū & quo iure fuit introductū eorū dñiū. Tertiò, ponit nouū ſtatutū, reſtrigēs ptātē circa mortē, & puniēs ꝯ facientes. Quartò, aliā reſtrictionē ptātis ēt circa ſæuitiā de occidendo. Quintò ponit verba noue cōſtitutiōis. Secūda ibi. In poteſtate. Tertia ibi. Sed hoc tpe. Quarta ibi. Sed & maior. Quinta ibi, Cuius, Et diuiditur hoc principium. Primò. ponit vnam diuiſionem perſonarū bimembrem. Secūdo ſecundum ſubdiuidit mēbrum. Tertio dicit ſe velle tractare de ſecundo membro ſubdiuiſionis Secunda ibi. Rurſus. Tertia ibi, Videamus. Quarta ibi, Ac prius. Areti.

CASVS. Dicit Iuſtin. continuando ſubſequentia præcedētibus. Viſa prima diuiſione de iure perſonarum, quædā alia diuiſio ſubſequitur talis: Quædā n. pſonæ ſui iuris ſunt, qdā alieno iuri ſubiectæ ſunt. Illarū q̄ alieno iuri ſubiectæ ſunt, qdā in ptāte parentū ſunt, qdā in ptāte dñorum. Sed dñe de quib. vultis prius tractare: vtrū de his q̄ ſui iuris ſunt, an de his, q̄ alieno iuri ſubiectæ ſunt? Ad hoc reſp Iuſti. q̄ primo dictuins eſt de his, q̄ alieno iuri ſubiectæ ſunt. Nā ſi cognouerimus. quæ ſunt illæ perſonæ, q̄ alieno iuri ſubiectæ ſunt, certè ſimul intelligemus. q̄ ſui iuris ſunt. Vñ videam⁹ prio de his pſonis, q̄ ptāti dñorū ſubiectæ ſunt. Et h. d. vſq; ad illū. §. in ptāte itaq;.

e Alia diuiſio. Quæ eſt de iure ciuili, cū in ea iūs gēnū diſtinguat: vt ff. de iuſti. & iu. l. ſus ciuile. ſuperior autē quam habuimus ſ. de iu. perſo. j. rñ. eſt de iuregentium cum non ſit ſeruitus iure naturali cognita: vt ſ. de lib §. 1.

f Sui iuris ſunt. Hic reſtringitur primū mēbrū primæ diuiſionis poſitæ. ſ. de iu. pſo. vt nō cōprehendat quoſdā liberos hoīes. ſ. filioſfam.

g Itē ſtatim cum dicit alieno iuri &c. ampliat ſecundum membrum dictæ diuiſionis: vt cōprehendat ēt quoſdam liberos. ſ. filioſfa. Cū ergo ſiat additio, & detractio dictę diuiſioni, iam eſt de iure ciuili hęc diuiſio vt ff. de iuſti. & iu. l. ius ciuile. At ſuperior de iure pſonarū fuit ſm ius naturale. & gentium, vt ibi diximus, & idō imutabile, vt ſ. de iure na. gen. & ciui. §. pen. Accur.

Quędam alieno. Quędam neutro. Ut e teneniuri vt filij. quorum patres ſunt capti ab hoſtibus: vt ſ. quib. modis ius pat. pot. ſol. §. ſi ab hoſt bus. Nā & aliæ quædā ſunt in pendēti: vt ff. de vſufru. l. ſed & ſi qa interdum. §. j. & in Auth. de nō eligen. §. hoc autem. colla. j. & hoc ſecundum quoſ lam. Nos contra. ª nā ſui iuris ſunt. cum enim pater ſit ſeruus hoſtium, & in eorū ptāte: vt ff. de iure perſo. §. ſerui. ergo alium habere nun poteſt in ptāte: vt ff. de acq. rer. dom. l. l. homo liber. §. quicquid. ff. de acqui. poſ. l. cum hæredes. circa med. & ff. ad leg. Iul. de adul. l. ſi euenerit. & præterea eorum ratio. vel ſententia eſt abſurda, qui dicunt, q̄ hæc diuiſio recipiat medium: vt C de ſen. paſ. l. ſi. circa prīnc.

ADDITIO. Et de hoc dic. vt p Ang. in d. §. ſi ab hoſtib.

h Poteſtate. 6 Hoc verbum quinque modis accipitur: vt ff. de verb. ſign. l. poteſtas.

i Simul intelligemus. Nam vt dicit Ariſtoteles: Contrariorum eadem eſt diſciplina: vt hic. & j. de tute. j. rñ. & ff. eo. l. j. 7 Et eſt hic arg. q̄ per notitiam vnius immediatorū peruenitur ad alterius notitiam. & faciunt ad hunc §. ff. de procu. l. Pomponius. §. ſed & ſi. verli. nam cum. & ff. eo. l. 1. & ff. de præt. ſti. l. j. §. ſtipulationum iſtarum. j. de tute. circa princi.

In poteſtate. Diuiditur in tres partes. Primo ponit, qui ſunt in poteſtate dñorum. Secundo, vñ dicta poteſtas deſcendit. Tertio, duos eius effectus. Secunda ibi. Quæ quidem. Tertia ibi. Nam apud. Ang. Aret.

CASVS. Domine. iam video, q̄ vos prius intenditis tractare de Dominica poteſtate: dicatis ergo mihi. ſi placet, qui ſunt in poteſtate dñorum: & vnde deſcendit poteſtas, quā dñi habent in ſeruos? Ad hoc reſpon. Iuſtinianus dicens, certè in poteſtate dominorum ſunt ſerui: & hæc poteſtas, quam habēt domini in ſeruos, de iure gentium eſt, quæ tali liquet ratione. Nam apud omnes gētes perpendere poſſumus peræquè dominis in ſeruos vitę necisque poteſtatem fuiſſe. & quodcunq; per ſeruum acquiritur: id domino acquiri cenſetur. Cum igitur ius gētium ſit, quod peræque apud omnes gentes cuſtoditur, manifeſtum eſt

Facit ad ſtatutū, quo cauetur, ſi qs portauerit ſiumētū extra, & reperiatur in via ptriās, q̄ non debet puniri, q̄ nō portauit: ſicut qui moritē nō dū mortuus eſt, ſm Porc. AEgi. Pet. Arg. ii pōt de ꝯtē hus ad vltim. volūtates.

Hoc verū ſi ꝯtē⁹, & vltima voluntas cōtēnerūt l. zōnis idē tirate. Fa. Ang. Aegi. Pet.

a Idem. b Imo ē de iuregētium, ſm Petr. hic.

c Quod ē verū quo ad ptiam ptāté. ſec⁹ quoād dominicā: j. eo. §. in ptāte, qd̄ diſtigue: vt in §. ſerui. ſ. de iure pſonarum.

f Iſta gl. hoc reprobat, quia ſtatuit eos eē ſeruos, qd̄ eſt falſum ſm Angel. & Por. hic.

a Et male. & Por. Agi. Pet.

a Dic q̄ iſpecto futuro ſtatu ſunt in pēdenti: ſed inſpecto præſenti ſūt ſui iuris. Porci. Aegi. Pet.

6 Poteſtas quot modis accipiat Mādo. I Gl. Facul. l ver. ptāte. §. Et tpſa.

7 Qd̄ ē verū in directo ꝯtrijs, & quo ad cognitionē, vt hic. ſecus quo ad effect⁹ vel iuris diſpōnē: vt cōtraria eſt rō. l. inter ſtipulātē. §. ſacrā. ff. d ver. ob. & l. 1. ff. ſol. matr. & l. pen. C. de ſol.

...tium [a] est. Nam apud oēs peræque gentes animaduertere [b] possum⁹, dñis in seruos vitæ, necisque potestatē esse: [c] & qđcunq; per seruū adquiritur, [d] id dño [e] adquiri. [f] Sed hoc tempore nullis hominibus qui sub imperio nostro sunt, licet [g] sine causa legibus [h] cognita [i] in seruos suos supra modum sæuire. Nam ex constitutione [k] diui Antonini, qui sine causa seruum suum occiderit, non minus puniri iubetur, quàm si alienū seruum [l] occiderit.

Nimia dominorum asperitas in seruos coercetur. Et ex causa cogitur quis rē suā vendere: et insta de precātibus nō est denegandus assensus. Item officialis fraudātis legē punitur. Ar.

est istam potestatem a iuregētium originē sumpsisse, & hæc dicuntur vsque ad illum §. sed hoc tpe. Franc.

[a] Iurisgentium. Idest, de iuregentium introducta, vt supra. de iur. per so. §. seruitus.

[b] Animaduertere. Idest, in animo vertere, & cogitare, vt dicit Ca.

[c] Esse. Impropriè ponitur pro fuisse, vt statim colligit, & ff. eo. l. i. & erat eadē patris in filiū: vt colligitur secundum vnam literam ff. de lib. & posth. l. in suis. & j. de noxa. act. §. fi. in prin. & in gl. i. C. de patria potesta. l. fina.

[d] Adquiritur. Scilicet iullē ẽni quosdā: vt ff. de acquir. poss. l. quod seruus. l fi. Sed certè hoc esse non potest: nam si acquiritur, ergo domino: quia sibi non: vt j. per quas perso. no acqui. § item vobis. & ff. de acqui. hære. l. placet. quare dic, q̃ semper domino quæritur, etiam si quid per dolum, vel metum seruus acquirat: vt ff. pro empto. l. 2. §. Celsus. & §. Pomponius. & §. si seruus. [1] Sed hoc solo inspecto. an quæratur, puta si seruus stipuletur operas a libertu: vt ff. de stipu. seruo. l. antepen. vel si aliud factum sit in stipulatione: vt ff. de stip. seruo. §. sed cum factum, nisi in casibus. quod dic, vt j. de stip. ser. §. sed cum. Nec obstat d. l. quod seruus. quia non quærit domino, vt sibi remaneat: nam tenetur reddere. Sed nunquid libertas data a dño, vel à lege (quod fit interdum: vt C. de seruis qui pro præmio liber. acc. per totū. & in auth. de mona. §. 2. col. 1.) dño quæritur? Responde non. nam licet quæratur seruo, libero tamen non potest dari libertas: vt j. de act. §. sic itaque. & ff. de fideic. lib. l. generaliter. §. si homini. tamen eo ipso momento sic fit liber, vt dñm non habeat. [2] Et sic hęc oppositio est de puncto, sic & aliis: vt hic vadit Romam, & hic facit murum, non est tamen verum eum iuisse, vel opus fecisse: licet sit in vltimo momento perficienda. Similis quæstio fit. ff. quod met. cau. l. extat.

[e] Domino. Vel quasi domino: vt fructuario & bon. fid. poss. quibus quæritur ex duobus causis: vt j. per quas perso. nob. acqui. §. de his.

[f] Acquiri. Nota hic duos effectus dominicę potestatis: & est tertius: vt non ioi queetur in dñm, nisi in casibus: vt C. de quæst. l. 1. & l. seruos Accur.

Sed hoc tempore. CASVS. In hoc §. vsq; ad finem talis est. Domine. iam video, quæ sit potestas dominorum in seruos secundum iura antiqua: nunquid licebit dñis adhuc eandem potestatē in seruos exercere? Respond. Iustin. q̃ non. Nam hoc tempore nullis hominibus, qui sub nostro imperio sunt, licet sine causa legibus approbata in seruos suos supra modum sæuire. Ex constitutione enim Diui Pij Anto. cauetur: qui proprium seruum occiderit sine legitima causa, non minus puniatur, quàm qui alienum seruum interfecisset. Et non solummodo illos, qui seruos occidunt, puniri iubemus: sed etiam hi, qui maiorē asperitatē quā æquū sit, in seruos exercent, eiusdem principis constitutione coercentur. Nam idem princeps consultus à quibusdam pręsidibus prouinciarū quid iuris esset de his seruis, qui propter sęuitiam dominorum ad ędes sacras, & ad statuas principum confugiunt: in rescripto suo præcepit, vt si sæuitia dñorum circa ipsos seruos intolerabilis videatur, cogantur ipsi domini seruos bonis conditionib. vendere: & precium de seruis venditis habitum dominis detur. Sed domine, quid videtur vobis de hoc statuto diui Pij Anton. Et certè dicit Iusti. nobis videtur ipsum rectè statuisse. Expedit. n. Reipubl. ne quis re sua male vtatur. Et verba scripta ipsius principis ad Aelium Marc. proconsulem missa, sunt hæc: Dominorū quidem potestatē in seruos suos illibatā esse, idest, non diminutam à quo quam, nec cuiquam hominū ius suum in aliquo detrahi æquum est, verumtamen in casu isto ipsorum dñorū interest, ne auxiliū contra eorum sæuitiam, vel intolerabilem iniuriam ipsis seruis instè deprecātibus denegetur. Nā si permitteretur eis sæuitiam suam in seruos suos exercere: aut fortè seruos suos occiderent: aut eos fugitiuos efficerent: & sic ipsis seruis & eorum precio carerent. Et ideo tu Aeli Mar. de querelis seruorum, qui ex familia Iulij Sab. pp eius sæuitiam ad statuas principum confugerunt, diligēter cognosce: & si tu cognoueris eosdem durius habitos, quam æquum sit, & intolerabili iniuria affectos, venundari iube: ita quod decætero in potestatem Iulij Sabini non reuertantur, & si idem Iulius Sabinus huic nostræ constitutioni fraudem fecerit, scias nos hoc delictum aduersus se seuerius executuros, hoc dicit. Franc. de Are.

[g] Licet. Idest, licitum est.

[h] Legibus. Quia si seruus sciat insidias dño parari, & ipsi auxilium non tulerit, supplicium debet præstare, quod mortem interpretamur. Sed & si accusauerit eū criminaliter (excep. crimi. læsę maiest.) aut si dñm viderit periclitantem, & non adiuuerit, vel se immiscuerit vxori suæ, vel alijs modis.

[i] Cognita. Vt quia eum vxore sua inuenerit: vel in simili delicto, quo casu etiam occidere licet: vt ff. de verb. obli. l. qui seruum, & ff. de lega. 1. l. quid ergo. la j. §. si hæres. & ff. ad legem Iuliam de adult. l. marito. §. 1. si autem aliàs deliquerit, vel domino non obedierit: legitimè eum corrigere potest, non tamen vltra modum boni viri arbitrio comprehensum: vt C. de emenda. seru. l. 1. Sed nunquid sine causa verberare potest? Respon. sic modicè, secundum Io. [3] vt C. de emenda. ser. l. 1. Pla. dicit q̃ non, aliter si nimis corripiat sine culpa, tenetur vel vendere, vel dare: vt hic sequitur, & ff. eodem titulo. l. 1.

ADDITIO. Hęc gl. communiter approbatur. & dicūt docto. idem in marito erga vxorem, & in megistro erga scholarem, in patre erga filiū, in Abbate erga monacum: quia potestas tributa megistro erga scholarem, intelligitur tributa marito in vxorem l. sed & si quęcunq; §. fin. ad leg. Aqui. Christopho.

[k] Constitutione. Cuius verba sunt. j. eod. §. fi.

[l] Alienum seruum suū. Sed certè qui alienū seruū occidit, lege Aquiliā tenetur: vt ff. ad leg. Aquiliam l. secunda. in princip. & infra ad legem Aqui. in prin. quæ actio hic locum habere non potest, cum non domino, imò contra dominum daretur: quod esse non debet: vt ff. ad legem Aquil. l. item Mela. §. legis. Sed dic, quòd hoc, quod hic dicitur, est verum quantum ad criminalem pœnam legis Corn. de sica. vt j. de pu bli. iud. §. item lex. quę pœna tam in seruis, quàm in liberis locū habet: vt ff. ad leg. Cor. de sica. l. j. §. 1. [4] Interdum etiā ciuiliter tenetur, si alterius interest, vt etc.

[1] Et hoc cōiter secundum doc. in dominio, vel ēt possessione ex re peculiari acquisita. vbi ē mulū iutie: & idō non op⁹ ē animo, cū acquiratur ēt ignorā ti. l. cū pater. §. intdo. ff. de le. 2. secundū la. se. rus l. ea q̃ hēt multum facti. vt l. prin. glo. & ista ēa pñt di cta de filio respectu patris, vel fratris, quo ad illicitè acquisita, vt hic p An.

Intellige istud verū s ijs, quę nunquā pñt q̃ si domino, sed bñ ipsi seruo aliàs sec⁹ etiā momēto: vt dic l. Placet. in gl. alleg. fin laf.

[3] Ista opinio Io approbatur hic p Pet. de Bel. p. & Ang.

[4] nisi probaret eū nō ex vulneribus mortuū. vt qa post triduum surrexit: & eum balnea iuisse: vt no. glo. in l. 1. C. de emēd. seruo. fin laf. hic.

vt creditoris: vt ff. de pig. l. seruũ si quẽ qois, vel fructuarij: vt ad legẽ Aquil. l. sed & proprietatis. & ff. de dolo. l. & eleganter. §. si seruum vsuarium.

Sed &. Diuiditur iste §. in quinque partes. Primo ponit dictum in gñe. Secundo illud exemplificat. & rõnem reddit. Tertiu ponit verba rescripti, de quo fit mẽtio in principio §. Quarto cõcludit. Quinto minaẽ officiali si obseruãti legẽ istã. Secunda ibi, Nã Antoninus consult⁹. Tertia ibi, Cuios rescripti. Quarta ibi, Ideoq;. Quinta ibi, Qui Sabinus.

a Maior. Idest. magna, vel maior quã æquum sit.

b Cõsultur. Idest, interrogatus sic ff. de pac. l. item quia. §. si. vnde illud. Cõsulo te querens. tibi consulo, consilium dans. Accur.

c Aedem sacrã. Ad quæ loca olim, & hodie ꝯfugiunt. circa quę distingue, vt diximus i Auth. de mãd. pri. §. neq; autẽ. in glo. cogentur. colla. j.

ADDITIO. Et inuoantur ſm Ioan. Fab. & Ange. qñ sine armis, nullo pręcedẽte delicto, sed propter dñi sęuitiam, vel etiam sui criminis grauiorem punitionem confugiunt: vt hic, aliàs non: vt l. si seruus. & l. si §. adijciunter, vers. & hoc quidem C. de his, qui ad eccl. confug. & c. inter alia. extra de immu. eccl. Sed de iure canonico non inuatur delinquens in ecclesia c fio. es ita eod. titu. aliàs sic, nisi esset publicus latro: vt dicto c. inter & idem per omnia itelligas de cœmeterio: vt 17. q. 4. c. si quis contumax Ang.

Sed & maior a asperitas dominorum eiusdẽ principis constitutione coercet. Nã Antoninus consultus b à quibusdã pręsidibus ꝓuinciarũ de his seruis, q ad ædẽ sacrã c vel ad statuas † principũ cõfugiunt, præcepit, vt si intolerabilis videaẽ sæuitia dominorum, cogantur d seruos suos bonis conditionib. e vendere: vt pretium dñis daretur: & recte. f expedit. n. Reipublicæ, ne sua re quis malè g vtaẽ. h Cuius rescripti ad Aeliũ Martianũ i missi verba sunt hęc: Dominorũ k quidẽ potestatẽ i seruos suos illibatã l esse oportet: nec cuiquam hominũ ius suũ detrahi: sed dñorum interest, m ne auxilium ꝯ sæuitiam, vel famẽ, vel intolerabilẽ iniuriã n denegetur o his, qui iustè deprecãtur. Ideoq; cognosce de querelis eorũ, qui ex familia Iulij Sabini ad sacrã * statuã cõfugerũt: & si vel durius habitos, quã ęquũ est, vel infami p iniuria adfectos eẽ cognoueris: venire iube, ita vt i ptãtẽ dñi nõ reuertanẽ. Quòd * si meæ cõstõni fraudem q fecerit: sciat me * admissum seuerius exequuturũ.

d Coganiur. Nota hic, quòd aliquis cogitur vendere rem suam.

e Bonis cõdõnibus s. vt pretium habeat: & ad dñm primum non reuertatur vt ĩ. §. proxi. versicu. sed hoc. & ne simili pœna anteriorum afficiantur, vel ne exponantur, vel prostituantur, vel exportentur, vel vendantur amodo: vt j. proxi. §. & §. si. Accur.

f Rectè. Scilicet præcepit.

g Malè. Quia interest principis locupletes sub se habere subiectos: vt in Auth. vt iud. sine quoquo suffr. §. cõsiderauimus. col. ij. quod non contingeret, si cuilibet seruos suos liceret occidere. Et nota, q illud idẽ quod interest priuati principaliter, & Reip. interest secundario: vt supra dixi de iusti. & iur. §. fi. Ang. cõtra. ff. sol. ma. l. etiam. §. licet. & l. si constante §. si maritus Accur.

h Vtatur. Nota, q qñq; distrahitur res inuito dño ꝓpter odium dñorum: vt hic, qñque fauore religionis: vt ff. de relig. l. si quis sepulcrum quandoque fauore libertatis: vt j. de don. si. qñq; fauore vltimæ voluntatis: vt ff. de leg. j. l. si fideiussor. §. meminisse. & hoc est ꝯ regulam, vt C. de ꝯh. emp. l. inuitũ. Acc.

i Martianum. Proconsulem Africæ: aliàs Eutlec, seu Vticæ vrbis: vt ff eo l. ij prin.

k Dominorum. Hinc inde allegat. & primo duas pro dominis rationes vel dicta ponit.

l Illibatam. Idest, non diminutam.

m Interest. Idest eis proderit, vt seruos nõ pdãt. & dic, denegeẽ, s a nobis. vel dic, interest. i. ad eos ptinet. ne denegeẽ. i. à dñis: cũ forte vxor, aut filij, vel alij dñi familiares inferãt hoc. sed prima verior.

n Iniuriã. Quã patiunẽ iure naturali inspecto, nõ iure ciuili: vt j. de iniu. §. ser.

o Denegeẽ. Sic ff. de offi. præfec. vrb. l. j. § quod autem.

p Infami. Idest, infamata, seu magna iniuria.

q Fraudẽ. Vel euidentẽ, quia nõ obedit, vel callidam, dicens non esse illũ seruum, qui fugit.

* Hic mos fugiẽdi ad statuã manauit à seruo Vectij Pollionis equit. Ro. qui fugit ad pedes Augu. Cęsaris, apd ipsum Vectium cœnitantis. Vide Senecam. Porro ne qs i alteri⁹ inuidiã ad statuas t imaginesve confugiat, censuit Senatus, vt est relatum à Calistrato in l. capitaliũ §. ad statuas. ff. de pœnis.

* Ad ſacram. ob est in quibusdam exemp.

* Aliàs Sabinus.

* Alibi. sciat me hoc admissũ aduersus se seuerius exequuturum.

TITVLVS IX.

DE PATRIA potestate.

IN potestate r nostra sunt liberi nostri quos ex iusti s nuptijs procreauimus. nuptiæ t autẽ, siue mrimoniũ, est viri & mu-

DE PATRIA potestate.

Quia suprà dixit de his, qui sunt in potestate dominorũ: sic subiungit de his, qui sunt in ptãte parẽtũ. vt promiserat supra ti. i § i. Aret.

IN potestate. Totus iste tit. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit dictũ in genere, qui sunt liberti in nostra ptãte. Secũdo, definitionem nuptiarum, vel matrimonij. Tertio, qui habent filios in potestate. Quarto, ex prædictis infert specificando quod primo dixerat. Secunda ibi, Nuptiæ. Tertia ibi, Ius autem. Quarta ibi, Qui igitur CASVS. Accessi ad Iustinianum, & quæsiui ab eo, Dñe vos vultis tractare de patria ptãte, dicatis ergo mihi, qui sunt in patria potestate. Ad hoc respondet Iustinianus dicens: In potestate nostra sunt liberi, quos ex iustis nuptijs procreauimus. Sed quid domine? iam video q sunt in patria pote. dicatis mihi, quid est matrimonium, seu nuptię? Ad hoc resp. Iustinia. q nuptiæ, siue matrimonium est viri, & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ retinens consuetudinem, & hoc vsque ad illum §. ius autem. Franc. Accur.

r In potestate. Hoc verbum multis modis sumitur: vt s. proxi. tit. diximus. §. j.

s Ex iustis. Quæ sint iustæ, dicitur j. tit. prox.

t Nuptiæ. Et dicuntur ab obnubendo i. velando: quia velatæ incedere debent, vt ait Isido. Sed matrimoniũ dicitur ideo, quia mulier nubit, vt mater fiat. i &. hæc duo nomina (licet diuersis rationibus) idem significãt. Item coniugiũ & conoubium, & consortiũ. vt ff de rit. nup. l. in eo inte. §. hoc caput. licet hoc vltimum quandoque inter seruos accipiatur: vt C. de ser. fug. l. fi. inter quos propriè dicitur contuberniũ: vt C. de incest. nup. l. cum ancillis.

† Cõcor. cum hoc tex. c. vlti. extra. de conuer. in fid. i me. ibi cũ autem. Vide Alcia. lib. dispu. 2. c. 22.

* Solue ſm doct. hic. Et dic nõ teneri de culpa, vt ibi: sed de sęuitia, & dolo, vt hic. q ex facti qualitate ꝓsumuẽ: vt l. i. ff. de do. excep.

* Et ideo ab ea potius, q à patre denominaẽ. quia maiora sustinet onera. Est. n. antepartum onerosa, in partu dolorosa: & post partũ laboriosa. vt extra. de puer. & fide ca. ex literis.

Coniun-

lieris coniunctio, a indiuiduam b vitę consuetudinem continens.

Patria prās iure Romano instituta fuit, soliq; Romanis ppria, ac peculiaris est.

Ius autē c potestatis, qđ in liberos habem⁹ propriū est ciuiū Romanorum. d Nulli.n. alij sunt homines, qui talē in liberos habeant ptātē, qualē nos habemus.

Filij ex legitimis nuptijs progeniti, omnesq; per filiorū stipitem descendentes, in patria sunt potestate: ex filia verò nati, nequaquam.

Qui igit ex te, & vxore e tua nascitē, in tua f ptāte est. Itē, qui ex filio tuo, & vxore eius nascitur, i. nepos tuus, & neptis: æquè in tua sunt potestate, & pnepos, & proneptis, & deinceps cęteri. Qui autem ex filia tua nascuntur, in ptāte tua non sunt, g sed in patris eorū.

TITVLVS X.

DE NVPTIIS.

Masculi decimumquintū annū attingentes, et fœminę decimūtertiū iustas coeunt nuptias: quas in potestate cōstituti, nō, nisi patre assentiente, contrahere possūt, modo talis sit pater, qui consensum præstare valeat.

IVSTAS autem nuptias inter se ciues Romani contrahunt...

---

1 Ista gl. videt' male dicere per l. qui fuerit. ff. de condi. & demō. & pl. nu pnas. ff. d re. iur. & 27. q. 2. in prin. Angel.

a Coniunctio. Animorum, non corporū tm. 1 vt ff. de reg. iur. l. nuptias. & illa coniunctio animorū significat vnionē, quę consistit inter Deum, & iustā animam. Vnde Apostolus Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cū eo. Reliquum. s. coniunctio corporum, designat conformitatem, quæ cōsistit in carne inter Christum, & sanctā ecclesiā. i. humanum genus. Vnde euangelista. Verbum caro factum est: & habitauit in nobis.

ADDITIO. Vide ca. debitum, extra de biga.

g Nullius momenti habeatur. Quia si valeret institutio valeret libertas: vt ȷ̃. eod. ȷ. respon. & ȷ̃. qui. ex cau. manu. non lic. §. i. & ita no. arg. q̃ vbi aliquid prohibetur fieri directo, similiter & per obliquum prohibetur. sic ff. de condi. insti. l. quæ sub cõditione. §. sed si sub. ibi, sed est verius. Item argu. quòd cassato principali, cassatur quicquid sequiť ex eo, vel ex his. vt C. de legibus & constitutionibus. l. nõ dubium. Accur.

Alienus seruus. CASVS. Dñe, vos dixistis mihi ȷ̃. quis intelligiť pprius seruus: dicatis mihi quis intelligitur seruus alienus? Ad hoc rñd. Amice, alienus seruus non solum dr̃ ille, in quo testator nihil iuris habet, sed etiã ille in quo testator habet vsumfructum. Et hæc dicunť vsque ad §. seruus autem à domino. Franc. de Aretio.

h Testator. Et ideo non põt eum cum libertate instituere: vt ff. eo. l. si alienum. in princ. 1 Sed q̃ dicie ad hūc §. ff. de bon. autho. indi. pos. l. in venditione. Sed certè quo ad alia est loco dñi, non quo ad hoc vt possit fieri liber. Sed cum aliàs manumissus esset à fructuario simpliciter sine institutione, erit tanquam liber quãdiu duraturus erat vsusfructᵘˢ: vt C. comun. de manu. l. j. §. si aũt fructuarius. Nũquid & hic seruus alienus hæres institutᵘˢ erit tanquam liber; licet verè liber nõ sit? Respõd. non: quia ex morte testatoris protinus erat futurus quasi liber, si valeret hoc quod agetur: vt argu. ȷ̃. de heredum quali. & diffe. in prin. Item & tunc erat vsusfructus perdendus vt ȷ̃. de vsufruct. §. finitur. vnde etiam sic esset quasi liber, donec duraret vsusfructus, quia nisi duraret post mortem testantis, nihil valet talia institutio, vt sit liber, sed dño suo hæreditatẽ q̃rit: vt ȷ̃. eo. §. alienus. Sed quid si erat vsusfructus repetitus in persona primi hr̃dis, vel ẽt vlterius, quod põt vt ff. quib. modis vsusfruct. amit. l. repe. in prin. Respon. tunc erit quasi liber toto illo tẽpore: vt in. C. communia de ma. l. i. §. si autem fructuarius.

Seruus aũt. CASVS. Dñe, iam video, q̃ proprius seruus à dño in testõ hæres institui potest: pro Deo dicatis modo mihi, quis est effectus illius institutionis? Ad hoc resp. Amice, institutio proprij serui à dño facta gloriosum habet effectũ. Proprius. n. seruus à dño suo hęres institutus, si in eiusdem dñi dñio vsque ad mortem eius perseuerauerit, mortuo testatore fit ex testõ liber & hæres, s necessarius. sed si testator viuus manumiserit, tunc post mortem testatoris adire hæreditatem suo arbitrio poterit: nã in hoc casu, qñ à viuo testatore manumissus fuerit, non cogitur hæres necessarius esse: quia non consequitur hæreditatem, & libertatem ex testõ domini. Ad hoc. n. vt hæres necessarius sit, necesse est eũ tam libertatem, quã hæreditatẽ ex dñi testõ habuisse. & hæc obtinent quando dominus viuus seruum institutum manumisit. Sed pone, q̃ dominus seruum proprium instituit, & post institutionem alienauerit, vel quolibet alio modo in alium transtulerit. certe in casu isto mortuo testatore iussu noui domini debet iste seruus adire hæreditatem, & eam nouo dño acquirere, & ea ratione per eius aditionem iussu noui dñi factam nouus dominus hęres efficitur. Nã ipse seruus post institutionẽ alienatus nec liber, nec hæres esse potest: licet etiam cum libertate in testamento expressa hæres fuerit institutus. Dominus enim post institutionem eum alienando à libertatis datione videtur destitisse. Et hæc dicuntur vsque ad illum § alienus quoque. Fran.

i In eadem causa. Idest, seruus eiusdem domini. lo. vt ff. si ex noxa. cau. aga. l. i. §. i.

* Aliàs. Est autẽ.

† Aliàs hr̃ditatis. alias neutrũ habetur, nec hr̃dis nec hr̃ditatis.

t Puniũtur aũt & dñæ & serui: quia verberati traduntur igni. & idẽ non esẽt i dño, q̃ cognouisset seruũ. vt no. gl. in l. 3. & pbatur i l. si. C. eo de. ma p. ratione qa maior honestas requiriť i muliere, quã in masculo: vt ȷ̃. dixi. Vñ tue pius esset hoc nĩo tpe q̃ famulus cognosceret dñam, quã si dominus cognosceret famulã, pp honestatem q̃ maximè requiriť i ipsa muliere.

Hoc est falsum: qa manumissio in ista 60. dies prohibeť. q cõputanť à die diuortij non accusationis. vt per Ioã. Fa. & Aug. hic.

1 Et ff. ad Sylla. l. 1. § dñi. de quo vide gl. in l. recte dicimus. ff. de verb. sig. Ang.

ber [a] hęresq; ei necessarius. Si verò à viuo testatore manumissus fuerit suo arbitrio adire hęreditatē pōt: quia non fit hæres necessarius: cū vtrūq; [b] ex domini testamento nō consequatur. Quòd si alienat⁹ fuerit: iussu noui dñi adire hr̄ditatē debet, & ea rōne per eum dominus fit hæres. nam ipse alienatus, neque liber, [c] neque hæres esse potest, etiam si cum libertate hæres institutus fuerit. Destitisse enim à libertatis datione videtur dominus, qui eum alienauit. [d]

Seruus alienus hæres institutus quærit domino suo hæreditatem, si iussu suo hæreditatē adit. Si verò fuerit alteri alienatus, debet iussu noui domini adire. Si verò ante, quàm adeat, fuerit manumissus: potest suo arbitrio adire. Areti.

Alienus [e] quoq; seruus hæres institutus, si in eadem cā durauerit: iussu [f] eius dñi adire hæreditatem debet. Si verò alienatus fuerit ab eo, aut viuo testatore, aut post mortē eius [g] ante, quā adeat: debet iussu noui domini [h] adire: at si manumissus ē viuo testatore, vel mortuo ante, quàm adeat, suo arbitrio [i] adire potest hæreditatem.

Seruus alienus potest instituti etiam post mortem domini sui, & etiā seruus hæreditarius, vel eius qui est in vtero. Aret.

Seruus etiam alienus post domini mortem [k] rectè hæres instituitur: quia & cum hæreditarijs seruis est testamenti factio. [l] Nondum [m]

[a] Liber. Nisi aliqua lex impediat libertatē: vt ff. eo. l. si non lex, ad fi. ri. vel cōditio: vt ff. e. l. quoties. §. fi. vel quia ex lege peruenit ad libertatē: vt ff eo. l. testamēto. ad fi. ti. secundū lo. [1] Itē fit liber à semetipso, nisi institutus fuerit ita: cum qr mihi hęres erit, Stichus liber & hęres esto: nā tunc à cohærede accipit libertatē: vt ff. de acqui. hęre. l. ex parte. Itē & ignorans fit hęres & liber: vt ff. si cer. petа. l. eius qui.

[b] Vtrunq;. Idest, hæreditatē & libertatē. nam vt liber sit & hęr necessari⁹, hęc duo consequi debet ex testamento domini: vt j. de hęr. qua. & diffe. §. j.

[c] Neq; liber. Directè enim libertas in seruo alieno nō pōt habere locū. sed in fusiuno pōt habere effectū. vt hic. sed aliud in legatis, quę adimunt hoc ipso, q alienant seruū: vt ff. de adi. le. l. seruo cū libertate. & est ratio: qa in legato spectat dies quo cedit, an sit manumissus: vt ff. qū dies leg. ce. l. si post. §. si eum.

ADDITIO. Hæc ratio non est bona: quia siue inspiciamus diem cedentis legati, siue diem aditæ hæreditatis, vtroq; casu reperitur alienus. vnde quēadmodum ē hęreditas venit acquirenda nouo domino, ita & legatū. & propterea noua redditur ratio: quia facilius legata reuocantur, quàm hęredū institutio. l. ex parte. ff. de adim. lega. cum enim facilius legata instituantur, facilius destruunt: vt in auth. ex causa. C. de lib. pte. Christoph.

[d] Alienauit. [*] alicui habenti factionē testamēti: vt ff. eo. l. seruum meū. in fi. j. respō. & hoc nisi redimatur ab eodē testatore, qui eū instituit, & postea eū alienauit: tūc. n. reuiuiscit libertas: vt ff. de ma. testa. l vērū & ff. e. l. quoties. §. h & l. si nō lex. & l. penult.

Alienus quoq;. CASVS. Domine, nō video, qs sit effectus institutiōis alieni serui? Ad hoc resp. Anitce alienus seruus hęres instituitur, si durauerit in eadē causa: debet iussu domini sui adire hrēdita ē & eidē per aditionē hæreditatē acquirere. Si verò alienatus fuerit à domino suo viuēte adhuc testatore: aut ēt post mortē testatoris, tamē ante, quā hæreditatē adierit: in hoc casu iussu noui domini debet adire hrēditatē. & hæc sunt vera, quādo iste seruus in seruitute remāserit. sed si à primo domino, vel à nouo viuēte testatore, vel mortuo ante aditionē hrēditatis manumissus fuerit. tūc liber factus suo arbitrio hæreditatē adire, & sibipsi acquirere poterit. Et hæc dicuntur vsque ad §. seruus autem alienus Franc.

[e] Alienus. Qui sic institui potest. cū liber erit, prius non: vt ff. de cōdi. institu. l. seruus alienus. & l. quia.

[f] Iussu. pcedente aditione: vt ff. de acqu. hæred. l. si quis mihi bona. §. iussum. [*] & ita domino quęrit, aliàs si seru⁹ nolit adire, (quod potest esse etiā domino iubente) non quærit: vt C. eo. l. cum proponas.

ADDITIO. Si tamē coactus adeat, valet aditio. Sed pater filia recusante, item monasterium monaco recusante adire, vel ante aditionem mortuo, possunt adire suo iure: vt per Angel. Are. hic.

[g] Post mortem eius. etiàm post iussū eius ante, quàm nō adiret: vt ff. de acqu. hære. l. Antistius. §. j. Accur.

[h] Noui domini. Hoc est enim in hæreditate, vt illi acquiratur, qui tempore aditionis est dñs, vel sibi, si liber est tūc. sed in legato spectatur dies cessionis: vt si tēpore mortis legātis sit meus: licet alienem, tamen mihi debeatur legatum. vt ff. quādo dies le. ce. l si post §. 2. & ibi glo. in verb. statim.

[i] Suo arbitrio. Sic sup. eod. §. si vero. Accur.

Seruus etiam alienus. CASVS. Domine, iam video, q seruus alienus viuente domino, possit hęres institui: nūquid poterit institui post mortem domini? Et respond. quod sic. Seruus enim alienus post mortē domini hæres potest institui. & cū hrēditarijs seruis est testamēti factio. Nā hęreditarij serui acquirunt hæreditati, & per consequens hæredi futuro. Hæreditas enim nondum adita sustinet vicem psonæ defunctæ, nō hæredis futuri. vnde sicut si defunctus viueret. ex testamento capere posset, ita eo mortuo capere posset hæreditas: cum hæreditas quantū ad hoc vicem personæ defunctæ repsentet. Item non solū seruus alicuius iam nati institui potest, sed etiā seruus eius, qui in vtero est, rectè hæres institui poterit: quia quantum ad hoc qui in vtero est, pro iam nato habetur: cum in hoc casu de commodo eius tractetur. Et hæc dicuntur vsque ad §. seruus autem plurium. Franc.

[k] Post domini mortem. Verba legis sunt omnia, & secūdum hoc planum est, vel testatoris: quia sic dicat Instituo seruum hæredem post mortē domini. & pbatur hæc lec. ij. ff. e. l. qui filio. j. respon. nec obstat, quòd videatur in diem fieri hæc institutio: vt j. e §. hæres. quia incertus est dies mortis: vt ff de cōdit. & demonstr. l. j. §. dies autem. vnde valet. vt ff. e in l. in tempus. in prin.

[l] Testamenti factio Scilicet passiuè, nō actiuè: vt j. de hrēd. quali. & differ. §. testamenti; & iustio hæredum spectatur, si modo cū defuncto fuit. licet cū hærede instituto nō sit testamenti factio: vt ff. eo. l. seruus hæreditarius.

[m] Nondum. Bene dico seruū hæreditariū posse institui. quia nō est nullius, sed alterius. s. hęreditatis, quæ vicem defuncti obtinet.

[*] Ex hac glo. q fin. est, & ex l. in ea allegata, colligit ſm Bal. quòd vxor publica pfertur priuatæ. vnde dicit q p statutum posset derogari vltimæ voluntati p pterea q vox statuti vincit vocem testatoris, qa verū est pferenda, vt d. l testamēto. ff. e. Christ. vide de Tull. lib. j. Rethori. de Iudiciali cōstitutione. Egid. Per.

[*] Idest capaci hęreditatis. Egi. Per.

[1] Quod facit si ex statuto, vel lege requirat iussus, authoritas, consensus, vel voluntas & an pcedere debeat vel sequi: vide no. in l. fi. §. necessitatē. C. de bo. q li.

Dies cessionis spectatur in legatis.

Defuncti.

enim adita hæreditas personæ vicem sustinet, non hæredis futuri, sed defuncti: [a] cum etiã eius, qui in vtero est, [b] seruus recte hæres instituatur.

Seruus plurimum ab extraneo institutus, adquirit vnicuiq; pro parte dominica. Aret.

Seruus autem plurium cũ quibus [c] testamenti factio est, † ab extraneo [d] institutus hæres, vnicuique dñorũ, cuius iussu [e] adierit, pro portiõe dominij acquirit hæreditatem.

Quis põt et vnũ, et plures hæredes facere. Aret.

Et vnum hominem, & plures vsque in infinitũ, [f] quot quis hæredes velit [g] facere, licet.

Vniuersa quæuis hæreditas i vncias xij. (q̃ assis appellatiõe cõtinẽtur) scinditur: quarũ q̃libet certũ nomẽ à lege sortita est: potest tamẽ i plures, pauciores ve vncias (prout testatori libitũ erit) distribui.

Hæreditas † plerunq; [h] diuiditur in duodecim vncias, * quæ [i] assis appellatione [k] cõtinentur. Habent aũt & hæ partes [l] propria noia ab vncia vsq; ad assem, vtputa hæc: sescunx, [m] † sextãs, [n] quadrãs, [o] triens, [p] quincunx, [q] semis, [r] septũx, [s] bes [t] dodrãs, [u] dextãs, [x] deunx, [y] as.

[a] Defuncti. Et est forte ratio: quia defunctus est certus qs fuerit, sed nõ sic de hærede: qa & si certus sit institutus, poterit esse q̃ nõ adeat hæreditatẽ: q̃ potest desistere multis de causis: vt ĩ. q̃b. mo. test. infir. §. posteriore. & facit ad hunc §. ĩ. de stip. ser. in pri. & ff. de acq. re. do. l. in eodẽ. in fin & l. seq.

[b] Eius qui in vtero est. Cũ pro nato sit habẽdus, quo ad cõmodũ: vt ff de sta. ho. l. qui in vtero. & ff eod. l. eius. in princip.

Seruus autem plurium. A R G V. Domine, iã video qs sit effect⁹ institutionis, qñ seruus vnius instituit. Sed pone, q̃ aliquis instituat seruum plurium dominorũ: dicatis mihi, quis sit effectus huiusmodi institutionis? Ad hoc respon. Amice. seruus plurium dominorũ cũ quibus testamẽti factio est, ab extraneo hæres institutus vnicuique dominorũ cuius iussu adijt hæreditatem, acquirit pro portione dominij, quam in seruo habet: & efficitur hæres. Sed pone: Domine, iã video q̃ per institutione serui plurium dominorũ plures hæredes institui possunt: est ne hoc verũ? Et respõ. quòd sic. nã & vnum hominẽ & plures vsq, in infinitum, quot testator voluerit, hęredes facere potest. Et hæc dicunt̃ vsque ad §. hæreditas. Franc. de Aret.

[c] Cum quibus. Scilicet, dominis

[d] Ab extraneo. Si vero ab altero ex dominis sit institutus, acquiritur cæteris socijs hæreditas: qđ dic vt ff. pro soc. l. verum. §. si seruo communi.

[e] Iussu. Dic quòd sufficit vna iussio, licet sint plures domini. vt ff. de acqui. hære. l. seruus duorum ↄ.

[f] In infinitũ. Quid ergo si instituã omnes homines quicunque sunt in mundo? Videt̃ nullum esse, cum effectum habere non possit: puto tamẽ valere, vt hic. sed tamẽ non poterit confirmari aditione. propter summam difficultatem, vel impossibilitatem ↄ.

[g] Velit. Cum sua voluntas sit lex: vt in authen. de nupt. §. disponat. col 4.

Hæreditas. A R G V. Dñe, iã video q̃ possunt hæredes institui & qs sit effectus institutionis, p Deo dicatis mihi, qualiter diuidit̃ hæreditas Ad hoc res. Amice, hæreditas plerunque diuidit̃ in xij. vncias. q̃ assis appellatione continẽtur. habent autẽ hæ partes hæc nomina ab vncia vsq; ad assem: vt puta hęc, ses. cuna & c. prout in litera ptinet̃. Et hęc dicunt̃ vsque ad §. nõ aũt. In quo pone sic casum: Domine, vos dixistis mihi, quòd hęreditas diuiditur in xij vncias: & propria noĩa vnciarũ mihi expressistis: nũquid generaliter oportet esse xij. vncias in hæreditate? Et res. q̃ nõ semp xij. vncias in hæreditate oportet esse. Nã tot vnciæ assem cõstituunt, quot testatori voluerit. Si enim testator vnũ tantũ hæredẽ ex semisse instituerit: totus as in semisse cõtinebit̃. & hoc ideo: qa idẽ ex parte testatus, & ex parte intestatus decedere nõ potest. & hoc est verũ, nisi sit miles, qui in castrensibus testari potest, & pagãnicis intestatus decedere, Sola enim voluntas militis in testãdo spectat̃. Cũ igitur aliquis in semisse vnũ tñ instituerit, & aliũ postea nõ instituerit, p̃sumit̃ in totum assem instituisse, & similiter in casu cõuerso: quia sicut ego tibi dixi, nõ semp esse necesse xij. vncias cõtineri in asse, ita & in quantascunque voluerit plurimas vncias potest quis hæreditatem diuidere. Et hæc dicũtur vsq; ad §. si plures instituantur. Fran. de Ar.

[h] Plerunq;. Ideo dicit plerunque: quia quandoq: in plures vt ĩ. eo. § si plures. quãdoq. in pauciores diuiditur: vt ĩ. e. §. non autem ↄ.

[i] Quæ. Scilicet vnciæ simul collectæ.

[k] Appellatione. Id est significatione ↄ.

[l] Hæ partes. infra positæ, in quantitate differentes, vel dic melius hæ partes. scilicet vnciæ aij ad partes reda ctæ. est n. ad superiora faciẽda relatio.

[m] Sescunx. idest, vncia & dimidia. vt ff. de inoffi. do te stam. l. Papinianus. §. qm autẽ quarta, l si. Sed quare nõ posuit nomẽ. qđ vnciã signaret? Res. qa plura sũt negotia. q̃ vocabula. vt ff de p̃e. verb. l. natura. Et no. q̃ primũ & scđm & tertiũ & quartũ nomẽ interpretationẽ sumit. ex eo quod quotã designat hẽditatis portionẽ. Sescunx enim dicit̃ quasi semiuncia & vncia & est tertia ei⁹ litera s. nõ x. Sextãs quia sextã partẽ signa .i. duas vncias. Quadrans: qa quartã. & ita tres vncias signat. Triẽs, qa tertiã pte. & ita quatuor vncias signat Sequẽtia vero noĩa etymologiã hñt ex eo, q̃ certũ numerũ vnciarũ signãt. Dĩ. n quincũx, nõ quia quintã partẽ habet: sed quia qnq; denotat vncias. Semis, qa sex, & sic de singulis per ordinẽ. Itẽ no. q̃ nõ oẽs vnciæ q̃ signant̃ p ista noĩa, ptinent̃ in asse: licet hoc innuere videat̃. Sic enim pineret as lxxviij. vncias & dimidiã. Ideo aũt ponit has partes quia q̃libet põt in asse cõntineri. hac rõne & homo dicit̃ risibilis: & actio legis Aquiliç pęnalis dicit̃: vt ĩ. ad leg. Aquil. §. his verbis. Itẽ no. illa tria noĩa, as, põdus, libra. idẽ signare Item qnq, as ponitur p obolo vnde illud. Nonne duo passeres asse veneũt? vñ versus, as, obolus. pondus, as est possessio tota. i. hæreditas: vt hic. sed & pondus legare dicit̃ omne quod est in statera positũ. sed hic strictè accipitur pro pondere aij. vnciarũ. vnde dupondeũ. quasi. duplex pondus. s. xxiiij. vnciarũ: vt ĩ. e. § & si plures. & facit ad hunc §. ff. eo. l. seruum meum. §. fin.

[n] Sextans. Idest duæ vnciç, quasi sexta pars assis.

[o] Quadrans. Idest tres vnciç. quasi quarta pars assis.

[p] Triens. i quatuor vnciæ, quasi tertia pars assis.

[q] Quincunx. Idest quinque vnciç.

[r] Semis. Idest sex vnciç. s. dimidium assis.

[s] Septunx. Idest septem vnciæ.

[t] Bes. Idest viij vt olim des, quasi dempto triente.

[u] Dodrans. Idest ix. quasi dempto sextante ↄ.

[x] Dextans. Idest x. quasi dempto quadrante ↄ.

[y] Deunx. Idest xj. quasi dempta vncia.

[z] As. Idest aij quasi ęs.

Totus

Mãdos. de Eta. mi no. capi. a. de cõce ptio nu. 41. & seq vbi etiã declarat, & limitat.

† Passiua s. ij qui ex alieno testamento capere possunt. non enim põt istitui seruus, nisi eius dñs habeat passiuã testamenti factionẽ: vt ĩ. de hære qua lita & differẽ. §. in extraneis. Egi. Per.

Hęreditas iacens defunctũ, & non hęredem repsentat.

* Hæc gl. nõ est Accursij.

Hæredes institui possunt simul oẽs homines mundi.

Voluntas testatoris est lex.

† Cũ hoc §. concor c. Raynal dns. in gl. super ver. expressit. extra. de testam.

* Porro vncia in sextulas sex diuidi tur. pars ptinẽs sextulam & sextulç dimidiũ sicilicum appellet: huius mẽtio fit apud Scęuolam in l. libertο. §. filiũ ff. de annuis lega. Duella autẽ dicitur ea portio, q̃ sextulas duas continet. Semis autẽ vnciæ, q̃ sextulas tres continet, semũcia dicit̃.

* In vetustissimis exẽplar. nõ est, sescunx.

* Abundat, as.

* De asse, & partib⁹ eius vide Blõdũ li. ij. de Ro. istaurata: Bartholomæ. sõtiũ i Persium saty. vlti. Sex. Pompe. & Tul li. j. rhetο. de legitima consuetudine. §. ex ambiguo. Egi. Per.

Versus Extra signi ficat.

Assis partes declarantur.

a Totus as. Nam in totũ psumit̃ instituisse defunctus, cum alium non instituit. vt hic. & ff. eod. l. interdum §. j. Idẽ quoq; præsumit̃ in milite: vt C. de test. mil. l. iiij. §. nam. c Nisi. quod hic seq̃uit̃ nõ ad superius psi responsum, sed ad hoc quod sequit̃, refert, scilicet neque enim &c. Sed si oĩlas fecerit testamentũ in castrẽsib. põt decedere intestatus in paganicis: vt C. de testamen. mili. l. ij. Accur.

casu prædicto ille, qui sine parte institutus est, in semisse erit heræs. & idẽ iuris est, si plures sine parte instituti sunt. nã omnes in eã partem, quę assi deest, cõcurrũt & hæc sunt vera, qñ aliqua pars deest assi. sed pone, q̃ totus as completus sit: q̃a institui Publium in semisse. & Mæuium alio semisse: postea vnum vel plures sine parte institui: quid iuris est in casu isto? Ad hoc rñ. Amice, si totus as sit completus, oẽs instituti vocantur in dimidiã partem hęreditatis: & ille solus, qui sine parte institutus fuerit, vel etiam si plures sine parte instituti fuerint, in alteram partem uocabuntur. Nec etiam interest in eo casu, quando aliqui sunt instituti i certa portione, & postea ali⁹ sine portione institutus est, verum primus, vel medius an nouissimus sine parte institutus fuerit nã semper illa pars, quæ vacat, intelligitur data ei, qui sine certa portione institutus est. & hęc dicuntur vsque ad §. videamus. Francisc.

Et ista est cõmunis opi. licet Ang. putet de iure veri⁹ sic distinguẽdum, vt pcedat qñ verba põt aptari ad ius cõe: aliàs presumit̃ testat⁹ de iur speciali. l. si miles vnum ex fundo. ff. de milit. testamẽ.

b Intestatus decedere. Imò videtur quod sic. vt ff. de inoffic testam. l. nam & si parentib. §. pe. & fi. o. quæ est contra. Sed hoc verum ab initio: sed ex post facto potest: vt C. de inoffic. testa. l. cum duobus. Et nota hic idem iuris non esse in parte quo ad partem, quod est in toto quo ad totum vt ff. fami. ercis. l. in hoc iudicio. Argu. contra ff. de pac. l. iurisgentiũ. §. adeo. & §. seq & facit ad hunc §. ff. de regul. iur. l. in testamẽtis. Accursius.

ADDITIO. Et melius. l. ius nostrũ eod. tit. Et procedit iste tex. indistinctę, siue simpliciter sit facta institutio i re certa, vel parte, de reliquo si facta mẽtiõe: siue dixerit testator in residuũ se velle intestatum decedere. Ioan. Fab. & Ang. Aret.

per duodecim vncias esse oportet. nã tot vnciæ assem efficiunt, quot testator voluerit: & si vnũ tm̃ q̃s ex semisse (verbi gratia) hr̃dẽ scripserit: totus as a i semisse erit. Neq; .n. idẽ ex parte testatus, & ex parte intestat⁹ b decedere põt, nisi sit miles, c cuius sola voluntas in testãdo spectatur. Et ecõtrario põt q̃s in quotcũq; d voluerit plurimas vncias suã hr̃ditatem diuidere.

Qui partib. non designatis hæredes scripti sunt, æquis portionib. scripti videntur: qui vero iam aliquot in certis partibus instituti simpliciter instituuntur, quotquot sint, in residuo assis hæredes fiũt. asse autẽ toto distributo, qui sine partibus scripti sunt, semissem hæreditatis consequuntur.

Si plures instituantur hæredes: ita demũ in hoc casu partiũ distributio e necessaria est, si nolit testator eos ex æquis partibus f hr̃des eẽ: satis. n. constat, nullis partib. nominatis, ex æquis partib. eos hæredes esse. Partib. aũt in quorundam persõnis expressis, si q̃s alius sine parte nominatus erit: si q̃dẽ aliqua pars assi deerit, ex ea parte hæres fit. g Et si plures sine parte scripti sunt: omnes in eandem partem concurrũt. Si verò totus as, completus sit: ij, qui nominatim expressas partes habent, in dimidiam partẽ h vocantur, i & ille, vel illi omnes k in alteram dimidiam. Nec interest, l primus, an medius, an nouissimus, sine parte hæres scriptus sit. ea. n. pars data intelligitur, q̃ vacat.

Pars hæreditatis per testatorem non distributa accrescit hæredibus pro portionibus hæreditariis. Item econtra, si testator plus distribuit, quàm sit in hæreditate: tunc enim cuilibet hæredum decrescit pro rata. Are.

e Distributio. Idest, assignatio partium. quam scilicet partem velit testator quemlibet habere.

f Ex æquis partib⁹. Facit. ff. eod. l. quoties. § hęredes.

c Nisi sit miles. Nam miles bene potest pro parte testatus decedere, & pro parte intestatus: vt C. dę test. milita. l. ij

d Quotcunq;. Et facit ff eod l. interdum §. paterfamilias. & l. seq. vsque ad l. ex facto.

Si plures. CASVS. Dñe. pone q̃ aliq̃s plures instituit hæredes: nunq̃d necesse est. q̃ testator exprimat partes in quib. eos instituit? Rñ. q̃ non: nisi voluerit eos ex dispatib. partibus hęredes eẽ. Si. n. plures hæredes instituuntur: ita demum necessaria est partiũ distributio, si noluerit testator hæredes instituẽdos ex æqualib portionib. succedere. Satis. n. manifestum est, q̃ si eos simpliciter instituat, partib. is hęreditatis in institutione non expressis. omnes institutos ex ęqualibus portionib⁹ hęredes esse intelligendum est. Sed pone, q̃ testator quosdam instituit in certis portionibus, puta Titium in triente, & Mæuium in sextante: & postea Semproniũ instituit simpliciter, nulla portiõe in eius persona expressa: dicas mihi. quid iuris erit in casu isto? Ad hoc rñ. Amice si plures instituant̃ certis partibus in quorũdã psonis expressis: & aliquis postea sine parte institutus fuerit: ille, q̃ sine parte institut⁹ est. si aliqua pars assi deest, ex ea parte institus⁹ itelligit̃. vnde in

g Hęres fit. Eadem est ratio in dupondio: vt ff. eod. l. item quod Sabinus. & ĩ. eo. §. & si plures Item est hoc verum, si testator non ignorat: vt ff. eo l. quo loco. §. j. quæ est contra. Accur.

h In dimidiam partẽ. Aliter eẽt si asse expleto scripsit ex reliqua parte hæres esto. tũc n. cum nihil reliquum sit, ex nulla parte hæres institutus est: vt ff. eo. l. itẽ quod Sabinus. § vnde. versi sed si asse. Accu.

i Vocantur. Scilicet illi, qui erant instituti in tota hæreditate partibus expressis.

k Omnes. Qui erant instituti sine partibus. Accur.

l Nec interest. Hoc refertur non ad proximum casum, sed ad superiorem, scilicet qñ pars vacat: idẽ tñ in secundo: sed non haberet locum ratio q̃ redditur Ea enim &c. vel dic q̃ ad pri. § & statim cum sic fit institutio. Intelligitur pars vacare & facit ad hoc ff eo. l. quo loco. §. tempor.

Videamus. CASVS. Domine. iam video quid iuris est, quando aliqua pars deest assi, & aliquis instituitur sine parte, sed pone, quòd aliqua pars præualet: & nemo sit institutus sine parte: vt in tali exemplo: testator instituit Publium in quadrante: & Mæuium in alio quadrante: & Titium in quadrante, & ita tres instituit ex quatuor partibus,

Videamus, a si pars aliqua vacet, nec tñ q̃squam sine parte sit hæres institutus, quid iuris sit: veluti si tres ex quartis partibus hæredes scripti sunt. Et cõstat vacantẽ partẽ singulis tacite pro hr̃ditaria parte accedere: & perinde haberi acsi ex tertijs partibus hr̃des scripti essent: Et ex diuerso, si plures hæredes scripti in portionibus sint: tacitè singulis decrescere: vt si (verbi gratia) quatuor ex tertijs partib⁹ hr̃des scripti sint: perinde habeantur, acsi vnusquisq; ex quarta parte scriptus hæres fuisset.

Si plures vnciæ, quã xij. sint distributæ, & alius sit ĩstitutus sine parte, fit trãsitus ad dupõdium. Arc.

Annota, dupondium appellat hæreditatem in 24. vncias distributam: quasi duo pondo, i. duo asses, sic in tripondio dicito.

Et si plures vnciæ, quã duodecim distributę sint: is, qui sine parte institut⁹ est, qđ dupõdio b deest, habebit. Idẽque erit, c si dupondius expletus sit, quæ oẽs partes ad assem postea reuocanẽ, d quãuis sint plurium vnciarũ.

Hæres potest institui purè, & sub conditione, non autem ex certo tempore, vel ad certum tempus. Si tamẽ sic ĩstituatur, valet institutio tanquam pura, vitiata tali adiectione.

Hæres purè, & sub cõditione institui põt: ex certo tẽpore, e † aut ad certũ tẽpus † non põt: veluti, Post quinquenniũ, quàm moriar: vel, ex calendis illis: vel, vsque ad calẽdas illas hæres esto. Denique diẽ adiectum haberi pro superuacuo placet: & perinde esse, acsi purè hæres institutus esset.

Impossibilis cõditio adiecta institutioni, legato, vel fideicommisso vitiatur, dispositione pura remanente.

bus mõ manifeste liquet, q̃ quarta pars hr̃ditatis vacat. dicatis mihi quid iuris est i casu isto? Ad hoc rñ. Amice, si tres ex quartis partib hęredes instituti sunt: in hoc casu constat, vacantem partẽ singulis tacita volũtate testatoris ꝓ hęreditaria portione accedere: & ꝑinde erit, acsi ab initio singuli ex certis portionib. fuissẽt instituti. idẽ iuris erit i casu cõuerso. Nã si plures in portionib. instituti fuerit, singulis pro hæreditarijs portiõib decrescet: vt puta si inte i certis portionib. instituti sũt. nã si testator P. instituit in triẽte & Mæuium in alio triẽte, & Titium in alio triẽte, & Caiũ in alio triẽte, i hoc casu perinde erit. acsi vnusq̃sq; in quadrãte institut⁹ fuisset. Et hæc dicũtur vsq; ad illum §. & si plures vnciæ. Fran.

a Videamus. vt ff eo. l. interdum. §. Paterfamilias. vsq; in finem legis.

Et si plures vnciç CASVS Quidã instituit P. in semisẽ, & M. in besẽ. & ita plures vnciæ, quam duodecim sunt distributæ. & postea i stituit Titium sine parte. mõ q̃ro qd iuris sit in hoc casu Ad hoc rñ. Amice si plures vnciæ, quàm duodecim à testatore distributę sũt. & postea aliquis sine parte institutus fuerit: in hoc casu ad dupondium transeundũ erit: & q institutus est sine parte, quod deest dupondio habebit. & idẽ iuris est si dupondi⁹ fuerit completus: nam tunc transeundum est, ad tripondium, & sic deinceps: nec propter hoc augetur hęreditas, licet in plures vncias distribuaẽ: qa omnes partes distributę postea ad assem reuocanẽ. quãuis sint plurium vnciarum Et hęc dicuntur vsq; ad illum §. hæres & purè. Fran.

b Dupondio Dicitur aũt dupondium, pondus, siue hæreditas in xxiiij. vncias diuisa. sic. n. pondus dr̃ ea quæ in xij. diuiditur: & tripondiũ quod in xxxvj & quadripondium, quod in xlviij. & sic de singulis.

c Idemq; erit. 1 idest, quod dixim⁹ si quis expleto asse fuit institutus hæres, in dimidiã vocaẽ: vel non expleto asse i vacantẽ partẽ vocaẽ. vt s. eo. §. partibus aũt. vel transcendente in vacantem vsq, ad dupondium, vt s. ꝓx rñso. Idem est etiam si dupondius sit expletus. Sed ꝯ. ff. eod. l. item quod Sabinus. in fin. l. vbi dicit, expleto dupondio institutum non habere partem vacantẽ vsque ad tripondiũ. Sed certè lmò dicit q̃ sic: si rectè illa litera intelligitur: & ita concordat. Item videtur cõtra ff eod. l ex vncijs vj. Sed certe, & illa est concordantia, si rectè ibi fiat cõputatio vnciarum Sed magis videtur contra, C. leg. l. eum qd. vbi dicit, nõ fieri transitum ad dupondiũ. vel tripondium: sed tñ videẽ adimi primo, quantũ cõfertur secundo. Sed distingue, aut voluit testator excedere assem, vel dupõdium: quod põt. vt s. eo. §. non aũt. & ita hic intelligiẽ. Aut noluit: & tunc habeat locum lex contraria Item & tunc quãdo dubium est, similiter locum habeat l. cum quęstio, q̃ est ꝯtra. Alij dicũt hanc corrigi per illam. Accur.

ADDITIO. Aduerte diligenter, q̃ si nominatĩ assẽ expleuit, vñ transit ad dupõdium. aliàs non: vel qui nõ meliorabat § filijs. ff. e. Et de effectu an fiat transitus ad dupondium, vel non, vide Io. Fab. hic, qui infert q̃ si Papa ex certa scientia prouideat duobus de eadem p̃bendaiq̃ vterq; admittaẽ. extra. de rescript. ca. duobus: in si. lib. vj.

d Reuocantur. Hæreditas enim non ideo augetur, q̃ in plures diuiditur vncias, sicut nec libra, licet per solidũ, vel alium numerum diuidaẽ: & ideo quotam partẽ quis debet habere in dupõdio, totã potest partem habere de asse. vt hic & ff. eod l. ex vncijs.

Hæres. CASVS. Domine, quidam instituit hæredem sub conditione, nunquid valet talis institutio? Et respon q̃ sic. Nam hæres purè, & sub conditione institui põt: ex certo tñ tempore, vel vsque certum tempus non potest instituti: veluti si quis ita instituerit Titium post quinquẽnium quam moriar, hæredem instituo. In hoc enim casu nõ valet Institutio eo mõ quo facta est. Dies. n. in institutiõe adiectus ꝓ supernaeuo, siue pro non adiecto habebitur: & perinde erit, acsi Titi⁹ purè & sine diei adiectione institutus fuisset. Et hæc dicunẽ vsque ad illum § impossibilis conditio Franc.

e Ex certo tempore. Sed in diem incertum quis potest institui hæres, puta cum ipse poterit capere ex testõ, 2 vel cum ipse morietur: vel cum Titius morietur: vt ff. eo. l. in tẽpus & l. qui filio. primo rñ & ff. de lib. & posthu. l. filius à patre. primo rñso & C. e. l. extraneum. Miles autem potest etiam extraneum ex certo tempore, vel in certum tempus instituere: vt ff. de militari testamento. l. miles. & facit ad hunc §. ff eodem. l. hæreditas, argumentum tamen est contra ff. de reg. iuris l actus. sed ibi non loquitur de hoc actu, scilicet factionis testamenti: vnde interpretandum est. vt magis valeat quàm pereat: vt ff. de regu. iur l quoties.

Impossibilis. CASVS. Quidam Titium hr̃dem sic insti-

Dupõdiũ Pondus. Tripondium Quadripondiũ.

1 Hęc gl. diuidiẽ i quatuor partes. In prima declaratur. In secũda format vnũ ꝯtriũ ad istum vers. Idẽque. & sol uit. in tertia format aliũ ꝯtrium nõ ad istum versic. sed ad versic. sed & si plures. ꝓximè ꝓcedentem. In quarta format aliud ꝯtriũ, qđ ꝑtenet ad vtrunque versi.

† Rõ q̃a qđ nõ recipit diuisionẽ I re, nec i spe, sed hr̃ditas nõ recipit diuisionẽ in re, q̃a nõ põt q̃s decedere partim testatus, & partim intestatus, ergo nec in spe, sm Por. Egid. Per.

† Rõ. q̃a impossibile est, vt q̃ fuit semel hæres, desinat esse hæres, sm Nic. Egid. Per.

2 Qđ est verum q̃n capacitas est respectu hæredis tñ: secus si est respectu testantis: vt in spurio, d quo vide Ang. hic.

sic instituit. Titium hæredem instituo, si cœlũ digito tetigerit. Quæro à vobis, vtrũ valeat institutio ista? Respõdet q sic. Nam in hoc casu impossibilis conditio nõ vitiat, sed vitiatur & institutio pro pura hr. Impossibilis enim ɔditio in institutionibus, & legatis, & fideicommissarijs libertatib. adiecta, pro non scripta habetur, & pinde est, ac si nulla conditio fuisset apposita. Sed pone, quidã instituit hæredem sub pluribus conditionibus. nunquid oportet omnes conditiones adimpleri ante, quàm possit adire? Ad hoc rñ. Amice, si plures institutioni adscriptæ sunt cõditiones, distingue vtrũ per coniunctionem copulatiuam, vel disiũctiuam illæ conditiones sunt appositæ. nã si p ɔiunctionẽ copulatiuã, vt puta si illud, & illud factum fuerit, Titium hæredem instituo: necesse habet hẽs in hoc casu omnes conditiones adimplere. Si verò sub disiũctiua ɔiunctione plures ɔditiones appositæ sunt, vt puta si illud. aut illud factum fuerit, Titiũ necessarium meum hæredem instituo, in hoc casu tñ alteri obtẽperare satis est. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. Ij. quos nũquam Franc. de Arctio.

Impossibilis cõdõ [a] ĩ ĩsti tutiõib. & legatis, necnõ ĩ fideicõmissis & libertatib[a] pro nõ scripta [b] habet.

Ad veritatẽ copulatiua requiritur implemẽtum vtriusq; partis. Ad veritatẽ verò alternatiua sufficit verificatio alterius.

Si plures cõdõnes in ĩsti tutionib. adscriptæ sunt: si qdẽ cõiunctim, vtputa, Si illud & illud factũ fuerit, oĩb. parẽdũ est: [c] si separatim, [d] veluti, Si illud aut illđ factũ erit, cuilibet cõdõni obtẽperari satis ẽ.

Etiam penitus ignotus, et quem testator nunquam vidit, potest institui. Ar.

Ij, quos nũquã testator vidit, hr̃des ĩstitui pñt: veluti, si fratris filios [e] peregrinãtes, [f] ignorãs q eẽnt, hr̃des ĩstituerit. Ignorãtia. n. testãtis inutilẽ institutionem non facit. †

[a] Impossibilis ɔditio. Trib. modis põt dici ɔditio impossibilis. Vel de natura: vt si cœlũ digito tetigeris, hæres esto: vt ĩ. de inut. stip. § si impossibilis. [b] Item de iure: vt si patrem ab hostib. non redemeris, vel similis, nam hoc facere nos nõ posse psumit ius: vt ff. de condit. instit. l. conditiones. & l. filius. & in his duab. habet locum iste § impossibilis. Item de facto: vt si mõtem aureũ dederis, hæres esto. Et hoc casu nõ valet institutio, vel libertas cũ nec animus dãdi fuerit iuris psumptione: vt ff. de sta. lib. l. cũ hæres. §. j. Item est quædã quarta impossibilitas pp perplexitatem, quæ vitiat: vt hæc, si Titius hæres erit, Seius hæres esto: vt ff. de conditio. instit. l. si Titius. quæ l. est huic contra Sed certe hic de impossibilitate naturæ dicit: vt s. de inuti. sti. §. si impossibilis. Sed certè idẽ vt in primis duabus. q vitietur institutio: vt ĩ. de legatis. §. fin in gl. impossibilia. quæ est contra. Sed solue, vt ibi. Item facit. ff. de lega. j. l. si mihi. § j. & ff. de condi. insti. l. j. Accur.

[b] Pro non scripta. Sed cur secus in ɔ̃ctibus. vbi vitiat contractum impossibilitas: vt ĩ. de inuti. stip. §. si impossibilis, & ff de act. & obl. l. non solũ? Respon. hoc solum est fauore vltimæ voluntatis.

[c] Parendum est. Si sit potestatiua, vt hæc, si decem dederis. vel mixta, vt si iueris Romam. vt ff. eo. l. suus quoque. §. puto generaliter. si autem casualis, tũc sufficit primam [a] existere, vt ff. de condi. inst. l. si plures institutiones. Accursius.

[d] Si separatim. i. sub disiunctiue ɔiunctione. Idem in legato seruat. quod hic in institutiõe dr. Sed si in diuersis partib testamenti inseriat, nouissimæ debet obtemperari. [a] Sed in libertate directa cuilibet obtemperari sufficit: vt ff. de condi. & demõ. l. si sub diuersis in fideicõmissaria nouissimæ: vt ff. de ɔdi. & demõ. l. p fideicõmissum. & l qđ traditũ. s̃m Io. Et facit ad hũc § ff. de verb. oblig. l. si ita quis stipuletur.

Ij. quos. CASVS. Dñe, qdam instituit quosdã sibi ignotos hr̃des. nunqd valet talis institutio? Et rñ. q sic. Nã ij quos nũquã vidit testator hr̃des ĩstitui pñt, veluti si aliqs fratris sui filios peregrinãtes hr̃des instituit nõ ideo minus edit institutio, si testator ignorauerit q ẽent: ignorãtia. n. testatoris inutilẽ instõnẽ non facit. Et hæc cñr vsq; in fi. tit. Frãc. de Arc.

[e] Fratris filios. Vel ẽr suos seruos, vel quẽcunq; aliũ: vt C. eod. l. extraneum.

[f] Peregrinantes. Aliàs peregrinos: i. puta quia visitant limina sancti Iacobi, vel sãcti Petri. aliud si esset peregrinus i. deportatur, tunc enĩ institui non põt, vt C. eo. l. j. quæ est huic contra & ff. eo. l. sed & si in cõditione. § solemus. Item sunt & alij qui non possunt institui hæredes, vel habere commodum ex testamento, quos no. ĩ. de leg. §. legati.

TITVLVS XV.

DE VVLGARI substitutione.

Potest quis plures gradus heredum facere, et in subsidium substituere seruũ necessarium herede. Est autem substitutio, vt Accur. & interpretes, eo. tit. ff. in tit. definiunt, secunda conditionalis institutio. vulgaris autem substitutio, de qua hoc tit. disseritur, vt ex dictis scribentium in l. 1. ff. eod. colligere est, sic potest definiri: substitutio vulgaris est directa substitutio, in locum prioris institutionis effectum non sortientis facta, quæ à quolibet, & cuilibet fieri potest, nihil specialitatis habens.

Potest † autẽ quis in testa-

DE VVLGARI SVBSTITVTIONE.

Suprà dictum est de institutionibus primis, vt suprà eo. ti. §. 1. Nunc de secũdis, quæ substitutiones dicuntur, siue primo gradu fiant, [a] siue alio, vt infra eod. in prin. [b] Et quia vulgaris est magis communis, quia & à quolibet, & cuilibet fieri potest, ideo de ea vulgari præmittit. Accursius.

Potest. Totus iste tit. diuidit in quatuor partes, primo ponit q cuilibet liberũ est facere pluralitatẽ graduũ hæredũ. Scdo q loco vnius ĩstituti possunt plures substitui, & ecõtra. Tertio qñ partes sũt in institutione expressæ, & nõ ĩ substitutione. Quarto, qñ seruus alienus, vt paterfamilias instituit. Secũda ibi. Et plures. Tertia ibi, Et si ex disparibus. Quarta ibi, Si seruum. Et nota, quòd istud principium tex. cum § j. habetur ferè sub eadem forma verborum in l. potest. ff. de vulg & pupil. substi. CASVS. Domine vos vultis tractare de substitutione vulgari, dicatis ergo mihi qualiter fit vulgaris substitutio? Ad hoc resp. Amice, testator in testamento potest facere plures gradus hæredum vnde hoc modo habet fieri

Et ista I possibilitas aliqñ ponit in dispõe: & tñc si sic circa substantialia semp vitiat, si circa accedẽtalia, vel vltimis volũtatibus vitiat. Idẽ I ɔ̃ctib bonæ fi. & I iudicijs si à principio inerat, saltẽ vbi iudex eã nõ expssit. Aliqñ ponit in ɔdõe i & tñc I ɔ̃ctib. vitiatur. si iudicijs, vl arbitrijs vitiat sententiam. Cõditio ẽ triplex. Hæc est gl. diabolica scd̃m Pet. Fab. Angel. & Por. quia vbi sunt plures cõditiones I instõne debẽt oẽs obseruari. Egi. P. Xpd ẽ verũ I legatis. sed in insõnib. vẽ q pcio ri q extiterit: vt d. l. si plures. & isto casu põt verificari gl. pcedens. † Laudat ñ à Tesglio Cæsar Augustus hoc nõie q ignotorũ testamenta sibi delata nunquã agnouerit. Nã oĩs

hẽs post primũ dr secundus s̃m Boe. in topic. Plin. lib. vij. c. v. ex s̃nia Masurij iuriscõ. ibi secundo hærede l. agente. gl. I tit. ff. e. & C. de secũ. nupt. tex. in l. si filius q. i pcine. in ver. ex secundis. ff. eo. Sueton. th in Clau. c. de fauore eius, vocat tertios heredes secundo loco substitutos. Egi. Per. De forma huius substõnis vulgaris hr̃ in glo. in c. Raynu. super verb. literis. post prin. glo. ex de testa & vlt. volunt. [b] Differũt tñ. qa substitutꝰ ĩ re certa p verbum cõe nũquam trahit ad totũ: vt l. cogi. §. qualiter. ff. ad Tre. nisi esses substitutus ĩ quota alio nõ existente hr̃de. secus aũt ẽ in institutione, vt l. j. §. si ex fundo. ff. de hæred. inst. Ang.

mēto [a] suo plures gradus [b] hrēdū facere: vt puta, Si ille hrs nō erit, ille hęres esto, & deinceps in quātum [c] velit testator substituere [d] pōt, vt nouissimo [e] loco ī subsidiū vel [f] seruū necessariū hrēdē instituere possit.

Possunt plures in locum vnius, & vnus in locum plurium, & singuli singulis, vel omnes inuicē substitui. Aret.

Et plures in vnius locū pōt substitui: vel vnus [g] in pluriū, vel singuli ī singulorū, vel inuicē [h] ipsi, [i] q hrēdes instituti sunt.

Quem testator instituendo prædilexit: eū et substituēdo prædilexisse creditur: ideo hæredes ex disparibus partibus instituti, et inuicē simpliciter substituti ex iisdem portionibus substitui cēsentur, ex quibus instituti fuerunt.

Et si ex disparib. partib. [k] hrēdes scriptos inuicē substituerit, & nullā mentionē partiū in substitutione habuerit, eas vr̄ in substitutione partes dedisse, quas in institutione expressit, [l] & ita diuus Pius rescripsit.

Si institutus fuerit cohæredi substitutus, & demum tertius substituto, substitutus admittitur ad partes vtriusq; neutro institutorum adeūte. Aret.

Sed si instituto hæredi [m] & cohrēdi suo [n] substituto dato, alius [o] substitutus fuerit: diui Seuerus & Antoninus sine distinctiōe [p] rescripserūt, ad vtrāq; partē substitutū admitti.

vulga subst. veluti, si testator primo ita instituat, P. hæredem instituo: & si P. hęres nō erit, M. ei substituo: & si M. non erit hæres, Ti. ei substituo: & sic deinceps inquantū testator voluerit, substituere pōt, p negatiua verba gradus substitutionis multiplicādo, & nouissimo loco si habet hrēditatē suspectā, seruū suum pōt hæredem de necessitate substituere: vt si fortè oēs alij hrēdi ta ē repudiauerint saltem seruū in subsidium heredem necessariū habeat. Et non solum vnus in locum vnius substitui pōt sed ēt plures in locū vnius substitui possunt. & etiā ipsi hæredes instituti inuicē substitui possunt, & vnus in loc.l plurium substitui pt: veluti si testator ita dixerit, P. & M. hæredes instituo, & eos sibi inuicē substituo. nam in hoc casu tacitè vulgariter, alter alteri itelligit substitutus. Et hęc dicuntur vsque ad illum §. & si ex disparibus. Franciscus de Aretto.

[a] In testamento. In alia autem voluntate, quam in testamento: vt in codicillis, vel aliqua alia, non fit. s. huiusmodi substitutio, vt directò valeat, sicut nec institutio fieri pōt. vt j. de codi. §. pen. & C. de cod l. hæreditatem. [c] fit th in codicillis ex certa scientia, vt p fideicōmissum saltem directò substituitur per hæc verba, substituo, ad mittatur: vt ff. ad Treb. l. Scæuola respon nisi testator putaret se facere testamentum, & facere codicillos non destinasset, licet posset Nam tunc & substitutus in his, nec directò, nec per fideicommi. admitteretur, licet posset: vt C. de codi. l. fi. §. fi. §. illud quoque. & facit ff. eodem. l. postea. Accursius.

[b] Gradus. Ad similitudinem enim graduum sic dicunt, qui faciūt scalas, sic & dicitur gradus cōsang. vt ff. de grad. l. iurisconsultus. §. gradus.

[c] Inquantum. Idest, quot.

[d] Substituere. Scilicet potest.

[e] Nouissimo. Idest, vltimo, sic j. de sus. in. §. nouissime. Sed nunquid in alio nisi in vltimo fieri pt? Respon. non, cum n. ipse seruus omnino esse hæres cōpellatur. vt hic subjicit, & j. de hær. quali. & dif. § j. patet aliunm, qui esset ei substitutus, nō admitti. vs C. eo. de impub & all. substi. l. post aditam. Accursi.

ADDITIO. Et sic licet datio substituti vulgaris tollat sultatem in filio, non tamē tollit necessitatem in seruo, & intelligitur sunc collata substitutio in casu impotentiæ. Ang.

[f] Vel. Pro saltem.

[g] Vel unus. Scilicet substitui pōt in locū pluriuor.

[h] Inuicem. Sic j. tit. j. §. substituitur. & p talia verba fit substitutio compendiosa.

[i] Ipsi. Scilicet possunt substitui.

Et si ex disparib'. CASVS. Quidā fecit testamentum, & in testamento suo instituit tres hæredes ex disparib' partib. puta P. in sex vncias, M. in quatuor & Titium in duas: & postea adiecit, vos inuicē substituo: & nullas partes in substitutiōe expressit. mortuo testatore. P. in sex vncias institut' ante, quā adisset, decessit: vel fortè vnus portionē suam repudiauit. modo quęro in quas portiones substituti P. debeāt succedere? Ad hoc respō. Amice, si ex disparibus partib. hęredes institutos testator inuicem substituerit, & nullā mentionem partium in substitutiōe fecerit eisdem partes vidatur [l] substitutione dedisse, quas [l] institutione expressit, & ita diu' Pius rescripsit: vnde dico tibi, q in casu proposito M. institutus [l] quatuor vncias, quatuor vncias ex istitutione habebit, & Titius istitut' i duas, ex subsiōne ad duas sibi vocabitur. Eodem enim modo, quo eos testator dilexit in institutiōe, videtur eos in substitutione dilexisse. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. Sed si instituto. Franci.

[k] Disparibus partibus Puta vnum in sex vncias, alium in quatuor, aliū in duas institutū ponas. nā si non adeat institutus in sex vncias, quatuor accrescunt habenti quatuor, & duę habēti duas vt hic, & ff. eod. l. si in testamento. & l si plures: & C. eod l. j.

[l] Expressit. Contra. ff. ad Trebel l. quoties. & l. non nunquam. sed hic loquitur, cum non expressit propria nomina, [l] nec pecuniam ex æquis partibus substituto dare iussit.

Sed si instituto. CASVS. Quidam fecit testamentum. & in testamento suo Titium & Seium hæredes instituit: & postea adiecit, si Titius hęres non erit, Seium cohæredem suum substituo: & si Seius hæres non erit, Męuium substituo. Mortuo testatore, Titius primo repudiauit. Seius secundo, modo Mæuius qui fuit substitut' Seij, vult admitti ex substitutione, modo vertitur quęstio, vtrum debeat admitti Mæuius ad totam hæreditatem, vel ad partē dimidiam? Et certe respondet, quòd ad vtrsnq; partem admittitur. & ita diui Seuerus, & Antoninus, in hoc casu requisiti, sine distinctione rescripserūt. Et hæc dicuntur vsque ad §. si seruum alienum. Frāciscus de Aret.

Sed si instituto. CASVS. Titius. & Seius instituti sunt hæredes: & Titio Seius substitutus. & Seio fuit substitutus Mæuius. primo Titius, secundo Sei' repudiauit: admittitur Mæuius in partem vtriusq; hæredis, vt hic, & ff. eodem. l. si Titius. & l. cohæredi. in prin. Accursius.

[m] Hæredi. Scilicet Seio.

[n] Cohæredi suo. Scilicet Titio.

[o] Alius. Scilicet Męuius.

[p] Sine distinct. oē. Scilicet ordinis pupillaris: vl' vulgaris

Abundant, substituere potest.

Hic tex. non negat seruo substitui posse, licet dicar vltimo loco institui, qa verbū pōt. nō inducit necessitatē. l. j. C. qūo & qn. l. non quicquid. ff. ð iud. Egid. Per.

[e] Nec ex hæredatio. & ex rsti[l] dubio testasi, sine ipsis sūt codicillari voluisse psumit l. illd. §. ita ctari. ff. de iur. co. & ait gl. singulatis in [l] verbis ciuilibus. ff. eo.

[a] Pro saltē. & quot alijs modis ponat Mand. in Gl. Facul. §. Actā. in ver. vel vicesegenē.

Aliàs fecerit.

Aliàs. s. substituto hęredi cohærēde substituto dato &c.

[l] Scilicet ipsos substitutos, qa tūc admittere et pro virili. idem si appellatiuo qā sic fuisse apparet de voluntate testatoris. vt l. verū. §. fi. ff. da re. dn qd aūt si aliā quos proprijs, alios appellatiua vel oēs simul vtrisque nominibus appellauarit, & qd si aliqui fuerint in substitutione pdicti, & vn' separatus vida hic Ang.

Vulgariter substitutus alieno seruo, quem testator liberum opinabatur, quã uis dominus iussu seruus hæreditatē adierit, ad partem hæreditatis admittitur: qualis aūt sit horum verborū, si hæres non erit, ĩterpretatio, hic traditur.

Si seruum alienum, quis patrēfamilias [a] arbitratus hæredē scripserit: & si hæres non esset Mæuium ei substituerit, isq; seruus iussu [b] dñi adierit hæreditatem: Mæuius substitutus, in partem [c] admittitur. Illa enim verba, [d] Si hæres non erit, [e] in eo quidē, quem alieno iuri subiectum esse testator scit, [f]

garis substitutionis, quasi dicat nō distinguit, si fuerit pupillaris vel vulgaris substitutio, & q̃ fuerit primo facta, vel institutio, vel substitutio: & idē in vulgari. Sed hanc reprobant qdā: qa debet ibi esse ordo: vt primo principalis institutio, & postea substitutio fiat: vt ff. de vulga. & pupil. substit. l. ij. §. prius. Sed certè ille §. prius. corrigitur per seq. §. vsque in fin. dictæ legis. Sed ego reprobo: quia nō est hæc huius literæ intentio, sed hęc, quia sic fuit de facto, quòd non distinxerūt, enim ab eis quærebatur. Est tamen distinguendū i nobis, sicut & aliàs. ff. de iud. l. non pōt. in fi. & de postulan. l. Imperator. in fi. gl. lj. Item non dicitur hic de pupillari, sed de vulgari tantū: vt patet ex serie tit. per ; quod etiā reprobatur superior sententia, i qa in prin. gl. fuit dictum, secundum quosdam non distinguitur, an fuerit pupillaris, an vulgaris substitutio. Distingue ergo, verum institutus adierit, vel cohæres, vel ambo, vel nullus. si enim vterque adiuit, substitutus repellitur. si cohæres tantū, s. Seius, idē, quia Mæuius repellitur. itē si venter, habet locū qđ hic dicit, s. q̃ Męnius habet totum si autem Titius tantum, s. primus hæres adeat. & Seius non, in partē repellitur, s. Mæuius. nam in partē repellitur quam adijt Titius: vt C. e. l. post aditā & ff. de vulg. sub. l. qui habebat filium. j respon.

[a] Et sea tantū procedit iste tex. itē in casu suo vbi. s. cohæredi substituto ē facta substitutio. nã e. n. quauis p ius accrescendi haberet sub stitut⁹ partē illius enī non fuit substitut⁹, si nulla tali in eis facta distinctiōe hoc ē diuisione, et habebit iuš substitutionis, & hæc fuit forte mēs istius literę: secus tñ esset ĩ pupillari, vel aliàs vbi ius accrescendi locū habere non posset vt per doct. hic.

[a] Hic colligi ꝑt ex verbis gl. q̃ non liceat ducere arg. ab enũciatiuis verbis legis, q̃d sæpe accidit, vt hĩ l. ex his. C. de testa. mil. Cognati & agnati pariter succedũt hodie vsque ad decimum gradum.

[1] Sol. ibi maior tra hiẽ ad minorẽ quia ꝯstat partes in hoc tm̃ ꝯuenisse. ad hoc satis ꝯstat q̃ mẽte legis successionẽ ampliare volẽtis. Præterea cum text. hodie vocet cognatos & agnatos: ꝯstat eos eẽ ser. legitimos & vt legitimos succedere vsque ad decimũ gradũ. vt hic. arg. ĩ. e. in ꝑti. Ang.

† Similis tit. ẽ ff. de grad. affi. Continuatio.

DE GRADIBVS cognationum.

Quoniam in succedendo admittitur qui est proximior in gradu: vt cõprehendatur quoto gradu quis sit, ponitur iste tit.

Hoc loco. Iste titulus diuiditur in plures partes Primo continuat materiam. Secundo, incipat dinumerare gradus. Tertio dat vnam regulam gñalem in gradibus ad cognatos. Quarto ponit, quomodo numerentur gradus agnatorũ. Secunda ibi, quare in. Tertia ibi, hactenus. Quarta ibi, Agnationis.

Diuisio.

cessariũ [a] est exponere, quemadmodũ gradus [b] cognationis numerent. Quare inprimis admonẽdi [c] sumus, cognationẽ aliã supra numerari, aliã infrà, aliã ex transuerso, [d] quę ẽt à latere dr̃. Superior cognatio est parẽtũ, inferior liberorũ, ex trãsuerso fratrũ, sororumve, & eorũ qui, quæve ex his generant: & cõuenienter patrui, amitæ, auunculi, materteræ. Et superior quidem inferior cognatio à primo gradu incipit. at ea quæ ex transuerso numeratur à secũdo. [e]

Ponit personas primi gradus, tam ascendendo, quam descendendo

Primo gradu ẽ supra pr̃, mr̃: [f] infra fili⁹, filia. [g]

Auus, & aliæ personæ hic enumeratæ sunt in secundo gradu. Aret.

Secũdo gradu sup. auus auia: j. nepos neptis: ex trãsuerso [h] frater, soror.

Proauus & aliæ personæ hic positæ sunt in tertio gradu cognationis. Ang.

Tertio gradu s. proau⁹, proauia: j. pronepos, proneptis, ex trãsuerso [i] fratris sororisq; filius, filia: & cõuenienter patruus, amita, auunculus, matertera. Patru⁹ [k] ẽ frater patris, q Grecè [l] πατράδελφος appellat. Auunculus est frater mr̃is, qui Gręcè μητράδελφος dr̃: & vterq; ꝓmiscuè θεῖος appellat. Amita † est pr̃is soror, q̃ Græcè πατραδέλφη appellatur. Matertera verò matris soror quæ Græcè μητραδέλφη dr̃: & vtraque promiscuè θεία appellat.

Qui distat à stipite per tres personas, vel gradus, tam in linea ascendenti, quam descendenti: directò est in quarto gradu, sed in linea transuersali, si distat per duas personas. Aretinus.

Quarto gradu s̃ abau⁹, abauia. j. abnepos, abneptis. ex transuerso fratris, sororisq; nepos † [m] neptisve, & cõueniẽter patruus magnus, [n] amita magna, i. aui frater, & soror, item auunculus magn⁹, [o] & matertera magna, i. auiæ frater, & soror cõsobrinus, cõsobrina, i. qui quæve ex sororibus, aut fratribus procreant. * Sed quidam rectè consobrinos eos propriè dici putant, qui ex duabus sororibus progenerantur, quasi cõsobrinos: Eos verò, qui ex duob. fratribus progenerant, propriè fratres patrueles vocari: si autem ex duob. fratribus filię nascũt: sorores patrueles appellari. At eos, qui ex fratre, & sorore progenerant, amitinos propriè dici putant. Amitę tuæ filij consobrinum te appellant, tu illos amitinos.

Atauus, & atnepos, et aliæ personæ hic enumeratæ sunt in quinto gradu. Aretinus.

Quinto gradu s. atauus, atauia. j. atnepos atneptis, ex trãsuerso fratris, sororisq; pronepos, proneptis, & cõueniẽter propatruus, proamita, idest ꝓaui frater, & soror: & proauunculus, & ꝓmatertera, i. proauiæ frater, & soror. Item fratris patruelis, vel sororis patruelis, consobrini, & consobrinæ, a-

---

[a] Necessariũ. Sed quid ad nos de his? Respondet propter hæreditates, quæ p gradus deferunt & tutelas, & propter testimonia non dicenda: vt ff. eod. de grad. affini. l. iurisconsultus

[b] Gradus. Quid sit, dic vt j. eodem, § hactenus.

[c] Admonendi. Sic ff. eod. de grad. affini. l. i.

[d] Aliam ex transuerso. Hæc superflua videtur: vt ff. eod. l. stemata. contra. So. ibi in directa linea tantum loquitur, hic in directa.

Cognatio trãsuersalis quare nõ incipit à primo gradu.

[e] A secundo. Sed quare non à primo respon. cum ego patri meo sim in vno gradu, & ipse pater fratri meo in alio: sumus ergo in duobus gradib. ego cum fratre facto ascensu ad patrem, quasi p quendam gradum: vt ff. eod. l. iurisconsultus. § gradus. [1] sed nullus ex transuerso primo frater inuenitur: ergo non potest inueniri primus grad⁹ à latere: vt hic & ff eo. de gradu. affi. l. i. l. pri.

[1] In plano .n. de iur ciuili nõ est grad⁹, & iterũ à patre sed secũdus ad filiũ, & ẽ secundus grad⁹. de iure antẽ canoni. si ascẽditur ad stipitẽ. imò p talis etiã in linea plana fit copulatio, vt p Ang hic. & j. e. §. hacte-nus.

[f] Pater, mater. Si pater est mihi i primo, & ego sibi in alio primo: ergo sumus in duob⁹? Respon. non sequitur nã sum ei primo, ita quòd in eodem & fiet me & ipsum vnum tantũ gradũ facimus ad similitudinem fenestræ: nã quæ columnæ ex lateribus vnã faciunt fenestram, tertia autem adiecta fiet alia fenestra. & ita i gradu persona adiecta etiam vna deinceps facit gradum: vt j. eod. § hactenus.

† Amita dr̃ quasi à me ter.a vel quia a pře meo amata sit nã pl⁹ sorores à fratib⁹, quam fratres diligi solent Egid. Per.

ADDITIO.

Nota hanc gloss. quod ad faciẽdum vnum gradum primũ non sufficit ponere vnã personam, sed duæ personæ primę faciũt vnum gradum, quo primo gradu facto ex duabus personis vnaquæq; persona sola quæ postea adiungitur, facit aliũ gradũ ad similitudinẽ fenestræ: quia necessario ad perficiẽdum vnam fenestram requiruntur duæ columnæ: post ea vnaquæque columna superaddita facit aliam fenestram. Ang.

[g] Filius filia. Qui licet multi sint, omnes tamen sunt patri in primo: inter se autem in secundo, vt ff. de grad. affin. l. iurisconsultus. §. transeamus.

[h] Ex transuerso. Nunc de hoc gradu incipit: cum nemo ex hoc ordine in primo gradu inueniatur: vt ff. eo. l. i. in prin.

[i] Ex transuerso. No cautè, quòd etiam illi, qui sunt ex transuerso, diuiduntur in superiorem, & inferiorem lineam: & sic reperies in sequẽ. gradibus, & quandoquè in parentibus: vt j. eo. §. 4.

[k] Patruus. Vnde versus: Sunt patrui patris fratres, amitæque sorores: Frater auunculus est, soror est matertera matris.

[l] Græce. [2] Idest patroos. vt clarè patet ex text. dicit frater patris, & mitroos, frater mr̃is & vterque potest dicit thelos. Similiter patradelphe, est soror patris: Mitradelphe vero, soror matris: & vtraque theia dicitur.

[m] Nepos. Hoc inferius respicit.

[n] Patruus magnus. Hoc refertur ad superiorem lineam transuersalem.

[o] Auunculus magnus. Hoc autẽ constat, quod qui est mei patris patru⁹, mihi erit magnus patru⁹, qui meæ matris auunculus est, mihi erit magnus auunculus. Sed quid si erat patruus matris meæ, vel auunculos mei patris? Respondit Ioan. omnem illum mihi esse patruum, vel auunculum magnũ, q est meo patri, vel matri simplex: vt ff. e. de grad. affi. l. iuriscon.

[2] Ista gl. non est Accu. sed additio.

† Hic dr̃ Nico. & Ang quod filius fratris dicit nepos, p hũc text. & in l. pfa cta. C. de don. quæ sub mo. sed hi textus nihil faciũt. dicit ẽm Dy. quod quisque capit nepos p filio filij. quisque & improprie pro filio fratris: vt in gl. 1. & in l. auunculo. ff. de don. cau. mor. tex. in x. Co. qui. mo. sen. §. similiter. sic Augustus Cæsaris nepos ex sorore dict⁹ est. Egid. Per.

* Aliàs qui ve ex fratrib⁹ progenerant, aut sororibus. Sed &c.

mitini, & amitinæ filius, filia: a propius sobrino b propius sobrina: † hi sunt c patrui magni, amitæ magnæ, auũculi magni, materteræ magnæ filius, filia.

Tritauus, & aliæ personæ hic enumeratæ sunt in sexto gradu.

Sexto gradu supra tritauus, tritauia: infra trinepos, trineptis: ex trãsuerso fratris, sororisq; abnepos, abneptis, & côueniẽter abpatruus, abamita, idest, abaui frater, & soror, abauunculus, abmatertera, idest, abauiæ frater, & soror. Item propatrui, proamitæ, proauunculi, promateteræ filius, filia. (Itẽ propioris sobrini, sobrinæve fili' filia. †) Item sobrini sobrinæq;, i. qui quęve ex fratribus vel sororibus patruelibus vel consobrinis, vel amitinis progenerantur.

Vnica persona adiecta alteri personæ per carnis propagationem: facit gradum, tam in cognatis, q̃ in agnatis. Aret.

Hactenus ostẽdisse sufficiat, queadmodum gradus cognationis numerẽtur. Nanq; ex his palã est intelligere, quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe semper generata d persona gradũ adijcit: e vt longe facilius f sit respõdere, quoto quisque gradu g sit, quàm propria cognationis appellatione quemquam denotare.

In gradibus agnationis, & cognationis similis est computatio. Et quia facilius ostenditur res ad oculum corporalẽ, quàm intellectualem, ideo necessariũ est hic arborem consanguinitatis inscribi. Aret.

Adgnationis quoque gradus eodem modo h numerantur. Sed cũ magis veritas occulata fide, quàm per aures i animis hominum infigatur: ideo necessariũ duximus post enarrationẽ graduũ, eos ẽt præsenti libro inscribi: quatenus possint & auribus, & oculorũ inspectione adolescẽtes perfectissimam graduum doctrinam adipisci. † k

l. iurisconsult'. §. patruus. & C. de successo. edict. l. j. Sed Ro. cõa.

a Filius, filia. isti nomina tiui regunt superiores genitiuos ab illo versu. item fratris &c. Et sunt omnes isti in quinto gradu lineæ collateralis respectu descendentium.

b Propius sobrino. Quasi dicat, qui filius dicitur propius sobrino, & filia quæ dicitur propior sobrina.

ADDITIO. vel dic, & fortè melius, sensum textualem esse q̃ propior sobrinus. & propior sobrina sunt in quinto gradu. Et qui sint tales, declarat textus subiungens, Hi sunt patrui & cætera. Est enim propior sobrinus filius patrui magni, vel amitæ magnæ. & idem dicas de propiore sobrina, quòd scilicet sit filia & cætera. vt claré patat in arbore. Qui aliter intelligeret, arborẽ corrumperet.

c Hi sunt Subaudi in quinto gradu: lineæ collateraliũ ex parte ascendentiũ. scilicet filius patrui mei magni, & similium, de quibus dicitur hic & ff. eo. l. j. in fi. & l. ij.

d Generata quæq; &c. Hoc est verum, si vna ab vna nõ si plures ab vna: vt ff. eo. l. iurisconsultus. § trãseamus. & hoc est verum ex omni ordine graduum secundũ nos. i Sed secũdum canones ex latere transuerso aliud est. nam quem nos dicimus in secundo, ipsi dicũt in primo quem nos in quarto: ipsi in secundo, & sic de singulis, vt I Decret. xxxv. q. v. cap. ij. Sed fuit eorum consideratio bona pp matrimonia: a nostra etiam bona pp hæreditates quę per gradus deferuntur: vt j. de bonorum possessio §. quos autem. ff. eodem, lege iurisconsultus. in principio.

ADDITIO. Item in statutis, & pactis, vbi de pacto non agit. fm Ang. hic no. hanc glo. quæ allegat quotidie. q̃ in concernentibus peccatum prævalet ius canonicum etiam in terris Imperij, & ecõtra in non concernentibus peccatũ, prævalet ius ciuile ẽt in terris ecclesię. vt per Ang. hic.

e Adijcit. Hic potest colligi definitio gradus. vt dicatur, Gradus est numeratio singularum personarũ cognatione, vel affinitate sibi coniunctarum, quoto gradu vna persona distat ab altera optime indicans. Dictus quasi lapideus gradus: vt ff. eodem, lege iurisconsultus Accursius.

ADDITIO. Gradus secundum doct. aliter diffinit. Gradus est distantia vnius personę ab alia in linea consanguinitatis. Vel est habitudo distantiũ personarum qua cognoscitur quota agnationis, vel cognationis, seu affinitatis distantia.

f Longè facilius. Fit propter duas rationes: & quia vltra trinepotem, vel tritauũ vocabula non inueniuntur specialia sed superiores, & inferiores vocantur vt ff. eodem, l. fina. §. parentes. & hoc, quia sunt plura negotia, quam vocabula: vt ff. de præscrip. verb. l. iiij. Sed vsque ad quem numeramus? Respon. vsque ad vij cognatorum, & vsque ad x agnatorum: vt ff. eod. l. non facilè. & supra titul. j. §. fin. nisi ratione demonstranda vellemus vlterius numerare, nõ vtilitatis: licet decretistæ hic aliter dicant.

ADDITIO. No. q̃ decretistæ iurium dicunt solum in collaterali linea, non autem in directa, vt supra dixi. Si vis ergo scire de duobus agnatis quoto gradu distant de iure ciuili: incipe ab vno. & computa ab illo descendendo ad personã mediam ex qua omnes descendũt & postea descende ab illa vsque ad aliam, quam vis cõputare: & apparebit quoto gradu sit. Sed de iure canonico incipias à persona, ex qua descẽdũt personæ de quarum gradu agitur. Verbi gratia. vis scire quoto gradu sunt filij duorum fratrum de iure canonico? incipe ab auo, & fac vnum gradum ad filium, & de filio ad nepotem ex alio fratre. q̃ similiter est in secundo gradu. vnde quoto gradu quilibet distat à stipite, tali gradu sunt inter se: remotior autem addit gradum, vt in cap. ad sedẽ. xxx. quæstione prima. Ang.

g Quoto gradu. Scilicet octano, vel decimo.

h Eodem modo Scilicet adiecta persona.

i Per aures. Vnde Horatius in arte poetica. Segnius irritant animos demissa per aures. Quã q̃ sunt oculis subiecta fidelib. Certior aure arbiter est oculus: Sc vt ait Candaules in Herodoto, magis incredulæ sunt hominibus aures, quam oculi. Egi. Per.

k Adipisci. Vnde quidam habent hic Arborem, Accur.

ADDITIO Et in rei veritate debet esse cum tex. & gl. illam sequitant.

q avi r oq iure si personæ de q b. agit. distant inæqualiter: toto gradu distat remotior.

a Ipsi. n. incipiũt à psona ex qua descẽdũt illi de quorũ gradu agit. Sed de iure ciuili incipim' ab vno ex istis de q bus agit. extẽdẽdo ad stipitẽ. & ab eo iterum descẽdendo ad aliũ & quoto gradu distat remotior, toto gradu distãt inter se. vt hic p doctõ.

φ Debemnt date doctrinã p modũ magis facilem. Egi. Per.

† Propi' sobrino qs dicat, q i. e. dicãtur sobrini, elegantet ac diffusè tractat Ant. Aug emẽdat. li. ij. c. v. Sunt nãr Sobrini, qui ex duob. cõsobrinis nascunt. Porro ꝓsobrini mei, filij ego ppius sobrinos ũ, quasi vno gradu propior quã sobrinus. Aliàs propior sobrinus propior sobrina.

† Hæc, q̃ parẽthesi inclusa sunt reijcienda eẽ tãquã nõ tha & adulterina cẽses Anto. Augu. eo ipso loco, quem mõ citauim' quę nec in ne tustis exẽpla. habẽtur. Debuisse autẽ ait Iustinianũ consobrinos cũ nepoub. sexto gradu enumerare.

† Et sic i directa linea ascendentium nõ est differentia:

nepos auo suus hęres existet: qa quo tpe certũ est intestatũ decessisse patrẽfamilias, solus [a] inuenitur nepos. & hoc certum est. [b] Et licet post mortẽ aui natus sit: tñ auo viuo conceptus, mortuo [c] patre eius, posteaq; deserto [d] aui testõ, suus hẽs efficitur. Planè si & cõceptus, & natus fuerit post mortẽ aui, mortuo patre suo, desertoq; postea aui testõ, suus hęres auo non existet: quia nullo iure cognationis patrẽ sui patris attigit. [e] Sed nec ille est inter liberos aui, quem filius emãcipat° adoptauit. Hi aũt, [f] cũ nõ sint sui (quantũ ad hęreditatẽ) liberi: neq; bonorũ possessionẽ petere possunt quasi ꝓximi cognati. [g] hæc de suis hæredibus.

Emancipatus de iure ciuili incognitus ad successionem parentis nõ venit: prætoris tamen beneficio per bonorũ possessionẽ. Vnde liberi, per inde admittitur, ac si in eius potestate mansisset. Aret.

Emãcipati aũt liberi iure ciuili nihil iuris habẽt, (neque enim [h] sui hæredes sunt, qui in potestate parentis esse desierũt) neq; vllo alio iure [i] per legẽ duodecim tab. vocãtur. Sed prætor naturali ęquitate mot°, dat eis bonorũ possessionẽ. Vnde liberi, pinde ac si in pt̃ãte parentis tpe mortis fuissent: siue soli sint, [k] siue cum suis hæredibus [l] cõcurrant. Itaq; duobus liberis existentibus, emancipato vno, & eo, qui tem pore mortis in potestate fuerit: sanè quidem is, qui in potestate fuit, solus iure ciuili hęres est, & solus suus hæres. Sed cũ emancipatus beneficio prætoris in partem admittitur: euenit vt suus hęres pro parte [m] hæres fiat.

Emancipati filij qui sese adoptandos extraneo dedere, ita demum naturali patri olim succedebant, si eo viuo finita esset adoptio: quæ si eo mortuo dissolueretur, nec ad eius, nec ad adoptiui patris successionẽ vllo iure peruenire poterant.

At ij, [n] q emancipati à parente in adoptionẽ [o] se dederũt, † nõ admittunẽ [p] ad bona naturalis patris quasi liberi, mõ cũ is [q] moreret̃ i adoptiua familia fuerint. Nã viuo eo [r] emancipati ab adoptiuo patre perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac si emancipati ab ipso [s] eẽnt, nec nunquã i adoptiua familia fuissent [t] Et conuenienter, qđ ad adoptiuũ patrẽ ptinet, extraneorũ loco esse incipiunt. Post mortem verò naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre: & quantũ ad hunc adoptiuũ patrẽ ptinet, æquè [•] extraneorũ [u] loco fiunt & quãtũ ad naturalis pr̃is bona ptinet nihilò magis liberorũ gradũ nãciscunẽ. Qđ iõ sic placuit: quia iniquũ erat, esse in pt̃ãte patris adoptiui, [x] ad quos bona naturalis patris pertinerent, vtrum ad liberos ei°, [y] an ad agnatos. [z]

[a] Solus. Scilicet suus hæres.

[b] Certum est. Scilicet nepotem suum hęredem esse, cum nullus præcedat eum: vt ĩ. eod. §. i.

[c] Mortuo. Ante quàm adeatur ex testamento hæreditas, Vnde cõstat non trãsmitti ad filium de inofficioso querelam. imò etiam ea adita non trãsmittebat olim, sed hodie contra: [r] vt C. de inoffi. test. l. scimus. § fina. & l. si quis filium. ibidem.

[d] Deserto. Scilicet ab hærede, qui non vult adire.

[e] Attigit. Nec. n. fuit proxim° cognatus ei. s. auo viuo. quo viuo nõdũ animal erat: vt ff. vñ co. l. i. §. si q̃s ꝓximus. Sed nunquid hodie p auth. succedit? vt in Auth. de hrd. ab intesta. §. j. col. ix. P. dicit q̃ sic: quia naturalis causa tantũ spectatur. Ioan. contra: [a] quia nec iure prætorio, quo casu naturalis inspiciebatur, & admittabať: vt sequitur: vt ĩ. eo. §. emancipati. & ff. de suis & legi. l. Titius. & l. pe. ADDITIO. Et hæc est cõmunis opinio: vt per Ioan. Fab. & per Ang. hic.

[f] Hi autem. Scilicet cõcepti, & nati post mortem aui.

[g] Quasi proximi cognati. Idest, tanquã agnati. nam agnati sunt proximiores, quam cognati. Nunquid ergo tertio ordine inter cognatos vocantur? Resp. M. q̃ sic: vt ff. ro. l. i. in h. & in glo. h. Ioan. contra: quia ibi de cõceptis prius natis postea loquitur, secus si postea concipiuntur. & nascuntur, vt hic: [s] & ff. de iniu. rup. test. l. si q̃s filio. §. nõ fuisse.

[h] Neque enim. Bona ratio. vt ĩ. de hę. quali. & diffe. §. sui & ĩ. eod. §. i. ibi. sui autem &c.

[i] Neque vllo alio iure. Scilicet neque vt patroni neq; vt agnati, quos vocat lex xij. tab. vt ĩ. tit. i. in pri. & ĩ. de suc. li. in prin. alias econtra: vt ĩ. ti. i. §. fin.

[k] Soli sint. Scilicet emancipati.

[l] Cum suis hæredibus, Scilicet cum alijs, qui remãserunt in potestate.

[m] Pro parte. Scilicet dimidia: vt ff. de verb. signifi. l. nomen filiarum. §. portionis.

[n] At ij. Scilicet vocant̃ emancipati ad successionem patris sed si omnes. & hoc sequitur, at ij. &c.

[o] Adoptionem. Id est, arrogationem.

[p] Non admittuntur. ff. de cõtra tab. l. 3. § si quis filio. contra. Solu. ibi. nõ valuit adoptio secũdum lo. sed hic valuit. Vel distingue, an detur extraneo, vt hic, an detur in adoptionem nepos ex filio emancipato patri eiusdẽ. vt ibi: ar. ĩ. de adopt. §. sed hodie. Item in C. de adopt. l. pe. § sed si q̃dem. [4] quæ est cõtra. Sol. illam intellige: vt ĩ. eod. § sed monendi.

[q] Cum is. Scilicet pater naturalis.

[r] Viuo eo. Scilicet patre naturali.

[s] Ab ipso. Scilicet patre naturali.

[t] Fuissent. Vt ĩ. de exhæred. lib. §. emãcipatos.

[u] Extraneorum. Si autem morte patris adoptiui facti eẽnt tunc sui, durat agnationis ius inter eos, idest, inter adoptiuum & naturalem filium adoptantis non emancipatũ, vt sibi succedat: vt ff. de grad. affi. l. si filium naturalem & l. nõ facile. §. cognationis &c. ff. unde cognati. l. i. §. cognatione. & de adoptio. l. antepenul. M. It in & ipsi adoptiuo patri succedunt: vt ĩ. eod. §. sed ea.

[x] Adoptiui. Post emancipationẽ. nõ prius: vt ĩ eod. §. in testatorũ versic. nec interest.

[y] Eius. Scilicet naturalis patris.

[z] Ad agnatos. Nã si non emancipati: certum est quod filij non succedunt naturali patri: & ita agnati succedũt: vt l. proxi.

[•] Idẽ Fab. Pla. & Angel.

[a] Sequuntur Io. Fa. & Ang.

[s] Et hæc differ tenet: q hodie procedit qñ filius fuit natũ & instẽ exhæredatus, nec secuta aditio. iuxta glo. fin. l §. ex hæredatos. in Auth. de hæ. & fal. aliàs virtute trãsmissionis bñ admittuntur, vt p Ioan. Fab. & Ang.

[4] Dic q̃ ista differentia est s̃m ius antiquũ, q̃a s̃m nouũ debet dici contra qa q̃n datur ascendẽti non admitti ad successionem patris naturalis, q̃n extraneo sic: vt ĩ. de adopti. §. sed hodie s̃m Ioan. Fabr. Sed tu dic melius s̃m lo de Pla. q̃ hic loquitur de arrogatione: ibi de adoptiõe. Ang.

[†] Et ij q̃ ab ipso patre i adoptati sũt, hęc prędicta verba vł ad tex. sunt supplẽda, vel textus ita legẽd° est. At ij, q emãcipati, in arrogationẽ, & ij qui à parẽte in adoptionẽ dati sunt, alias Tribonianus videreť pulchre hallucinat°: vt scribo ĩ e. §. sed ea oĩa. in prin. Egi. Per.

[•] Aequè dictio hic nõ cõiungit cũ parisfor miter, & de illius natura Mãd. i pl. Iacul. § & in ipsa ve. æque.

supra prim. & ff. vñ lib. l. c. Si adeo emãciparet, sue ederent filij: vt Ĩ. pri. § & sic l eius potestate esset, ad quẽ bona naturalis patris ptinerẽt quod est absurdũ & ꝯ regulam iuris, vt hic, & ff. de hæred. instit. l. illa institutio. circa princip.

de legat. præstan. l. nonnunquam. Accur.
ADDITIO. Quod facit ad quæstionẽ, vt ex contemptu alicuius, qui debuit l electiune adhiberi: & ipso nolente, cæteri q interfuerunt, possint ei dicere nullam. Dic vt in c. quod sicut. extra de electio. & Ioan. Fab. hic.

ADDITIO. Item qa tunc vt. ꝑ auferret iᵒ quæstiũ agnatis quod est inconueniens. Et ex his nꝰ. q. neque ex testã. neque ab intestato potest esse voluntas captatoria. Angelus.

a Minus ergo iuris. Quia naturales emãcipati iure prætorio vocantur, sed adoptiui emancipati nõ: vt Ĩ. prox. in § tign. &c.

b Naturales. Et la gitimi.

c Emancipati. Ab adoptiuo patre.

d Non admittuntur. Nisi fuerit fuisset quia auᵒ adoptauit nepotem in filium, & postea emancipauit: vt ff. ad Tert. l. 2. § liberi aũt. ver. adoptiui.

e Ciuilis rõ. id est, emancipatio, q. de inde ciuilis est: vt ff. de re. iur. l. actus.

f Non potest. Sic Ĩ. de leg. agn. tut. § fi. sic ff. de regul. iur. l. nihil tam.

g Emancipati Ab adoptiuo patre: & post mortem nãlis: vt Ĩ. ꝓximo. §. ver. post mortem.

h Incipiunt esse. Nos. ꝗ si emancipatus fuerit filius, vel filia, vel deinceps, non suns sui hẽdes: non tamen desinunt esse filij. vel filiæ.

i Eadem. Quæ obseruant̃ in bonorũ possessione Vnde liberi. & in ꝯ tabulas bonorum possessione seruantur.

k Institutis. His enim institutis nõ dat hæc bonorũ possessio. nisi præteritꝰ rumpat testamentum: & huic scilicet institutis viam aperiat & hoc est quod dicitur, nisi præteritus committat edictum: vt ff. de ꝯ tab. l. 1. si quis ex liberis. ꝑtuito si autem ꝑteritus nolit postquã semel agnouit. Institutus habet contra tabul. inte sũo & secundum tabulas: quod est mirabile: nec expectat ꝑteritum: vt ff. de contra tab. l. si post mortem. §. fi. &

*Alias ad quanĉ.

Præteritꝰ. quia cum mittis edictum.

Si modo idẽ est ei si re pudiat: vt est casus in l. non. anniquis. ff. de leg. pñ. Ang.

Filius legitimus, et naturalis emancipatus vocatur ad bona patris naturalis beneficio prætoris. Sed filius adoptiuus emãcipatus nullo modo potest admitti ad bona patris adoptiui. Aret.

Minꝰ ergo iuris [a] hñt adoptiui filij, q̃ naturales. Naq; naturales [b] emãcipati bñficio ꝑtoris gradũ liberorũ retinẽt, licet iure ciuili pdãt. Adoptiui verò emãcipati, [c] & iure ciuili pdũt gradũ liberorũ, & à ꝑtore nõ admittũtur, *[d] & rectè. Naturalia .n. iura ciuilis rõ [e] pimere nõ pt. [f] nec qa desinũt sui hr̃des eẽ, pñt desinere filij filięve, aut nepotes, neptesve eẽ. Adoptiui verò emãcipati [g] extraneorũ loco incipiunt esse: [h] qa ius, nomenq; filij filięve, qđ p adoptionẽ consecuti sunt, alia ciuili rõne, i. emãcipatione perdunt.

Filius legitimus et naturalis in p̃tãte, vel emãcipatus, habet contra tabulas de iure prætorio si sit ꝑteritus: nisi fuerit in adoptiua familia tunc tẽporis: adoptiuus verò secus.

Eadẽ [i] hęc obseruant̃, & in ea bonorũ possessione, quã ꝯ tabulas testamẽti parẽtis liberis ꝑteritis, i. neq; hr̃dib. institutis, [k] neq; vt oportet [l] exhęredatis [m] prętor pollicetur. Nã eos quẽ qui in p̃tãte [n] mortis tẽpore fuerint, & emancipatos, vocat ꝑtor ad eãdẽ bonorũ possessionẽ. eos verò, q i adoptiua familia fuerint p hoc tp̃s, quo naturalis parẽs moreret̃, repellit. [o] Itẽ adoptiuos liberos emancipatos ab adoptiuo patre, sicut * ab intestato, ita lõge minus ꝯ tabulas testamenti ad bona eius non admittit: qa desinũt in numero liberorũ eius esse.

Quãuis olim emancipato filio extraneo in adoptionẽ dato ad patris naturalis successionem consequendam bonorum possessio Vnde liberi, vel, n de agnati denegaretur, ei tamen cognati bonorũ possessio omnibus demum liberis et agnatis deficientibus deferebatur.

Admonẽdi tñ [p] sumꝰ, eos, q ĩ adoptiua familia sũt, qve post mortẽ naturalis parẽtis ab adoptiuo p̃re emãcipati fuerint, intestato parente naturali mortuo licet ea parte edicti, qua liberi ad bonorũ possessionẽ [q] vocantur, nõ admittant̃: alia tñ parte vocari, s. qua cognati defuncti vocant̃. Ex qua pte ita admittunt̃, si neq; sui hr̃des liberi, neq; emãcipati [r] obstẽt, neq; agnatus qdẽ vllus interueniat. Añ .n. ꝑtor liberos vocat tã suos hr̃des, q̃ emancipatos: deinde legitimos [s] hæredes: deinde proximos [t] cognatos.

l Vt oportet. Scilicet masculi nomina tim. fœminæ inter cæteros: vt Ĩ. de exhęred. lib. §. primo.

m Exhæredatis. Cum ergo matris ꝑ tertio pro exhæredatione habeatur: vt Ĩ. de exhę. lib. §. vlt. cessat ibi ꝯ tabulas bonorum possessio: vt ff. de ꝯ tabu. l. illud. §. ad testitutã.

ADDITIO. Et ratio: quia etiam te mots emancipationis obstaculo (id quod prætor princi paliter intendit) nõ esset ferꝰ fœmina cum eos in potestate habeat, vt ibi. Angelus.

n In potestate. Emancipatis cõmittentibus edictum, non aliàs, secundũ Mar. vt ff. de ꝯ tab. l. iij. § si quis ex liberis. Sed Ioan. nam nullum dicere possunt & cõtra tabulas suo iure habentur

Matris ꝑ tertio hꝰ ꝑ exhęredatione.

* Aliàs si cut nec ab intestato, ita lõgè minꝰ ꝯ tabulas testamenti ad bona eius admittuntur.

s Dic vt l. si quis in ꝑtãte. ff. de leg. pñ na vt hic est res. clarꝰ, licet ꝑ emãcipatio ꝑtor adiu ueneris bon. poss. quia etat eis necessaria: non tñ voluit eã denegare suis. imò ꝓcessit in casu quo voluit: vt dicitur in liberis qa q vocat ad ꝯ tab. de iure ciuili. vt l. 6. vu sãt. ff. de ꝯ Ange.

* Sic Ĩ. de suc. liber. §. fi. l pri. & Ĩ. ũ gradib. co. in prin. ff. de gra. affi. l. j. §. sed admonẽdi. & l ij. §. admonẽdi. e. tit. & Ĩ. de affig. ti. l prin. Egi. Pet.

z vt ff. de leg. ꝑs. l. sidũ. & C. de liberis præteritis l. maximum.

o Repellit. Scilicet prætor: nisi sint instituti. & eis cõmittat edictũ: vt ff. d. ꝯ tab. l. nõ putauit. §. si adoptiuus. §. vs autem. Item contra ff de contra tabu. l. liij §. si quis filio. So lu. supra eo. §. 2. & ij. Accur.

p Admonendi tamẽ. Licet hos duos qui sequuntur, non admiserim de iure ciuili: vt Ĩ. eod §. at sj. tamen admonendi sumus, id est, aduonemus * &c.

q Ad bonorũ possessionem. Scilicet vnde liberi.

r Emancipati. Qui sunt sui per prætorem: vt supra eodem. § emancipati.

s Legitimos. Idest, agnatos: vt infra, titu. primo. §. respon.

t Proximos. Sic ff. si tab. testa. l j. sic ff. quis ord. in bono. posses. seru. l. j. Accur.

Filius qui ad extraneū patrem adoptione translatus est, omnia sui naturalis patris inuiolata iura retinet, perinde atque si in familiam alienam datus non fuisset: idcirco ei intestato, aut testato succedit: adoptiuo aūt patri ex intestato tantū succedit: conditio aūt testō præteritus, testatoris nequaquā impugnat indiciū: nisi cuipiā ascendentium in adoptionem datus sit.

Sed ea oīa a antiquitati qdē placuerūt, aliquā b aūt emendationē à nostra cōstitutione c acceperunt: quā sup ijs personis cōposuim⁹, q à patrib. suis naturalib. d in adoptionē alijs danf. Inuenimus etenim nonnullos e casus, in quib. filij & naturaliū parentū successionē pp adoptionem amittebant, & adoptione facilè p emācipationem soluta, f ad neutrius g pris successionē vocabantur. h Hoc solito more corrigentes, constitutionē i scripsimus, p quā definiuimus, qñ parēs naturalis filiū suum adoptādum alij dederit, integra oīa iura ita seruari, atq; si in patris naturalis ptāte permansisset, k nec penit⁹ adoptio fuisset subsecuta: nisi in hoc tātummodo l casu, vt possit ab intestato m ad patris adoptiui venire successionem. Testō autē ab eo n facto: neq; iure ciuili, o neq; prætorio, p ex hrēdi tate eius aliqd persequi pōt, neq; ꝯtabulas bonorum possessione agnita, neq; inofficiosi, q qrela instituta: cùm nec necessitas patri adoptiuo imponaf, vel hrēdem eum instituere, vel exhæredatū * eum facere: vtpote nullo naturali vinculo copulatum: neq; si ex Sabiniano senatusconsulto r ex tribus marib⁹ fuerit adoptatus. nā & in hmōi casu, neq; quarta ei seruaf: neque vlla actio ad eius s psecutionē ei cōpetit. Nostra aūt cōstitutiōe t exceptus est is, qué parēs u naturalis adoptandū susceperit. Vtroq; n. iure tā naturali, q legitimo ī hāc personam concurrente, pristina iura tali adoptioni * seruamus: x quēadmodū y si paterfamilias sese dederit adrogandum: quæ specialiter, & sigillatim ex præfatæ constitutionis tenore possunt colligi.

Explosa veteri iniquitate, Diualibus constitutionibus statuitur, vt ex filia nepotes, pnepotesve cū reliquis filijs & ex eis descendentib. ad materni aui successionem æquo iure vocentur, sed cum trientis diminutione: quæ etiam locum obtinēt cùm nepotes vnà cum filijs aut filiabus superstitibus auiæ succedunt.

Itē vetustas z ex masculis pgenitos plus diligēs, solos a nepotes, vel neptes, q queve ex virili sexu descēdūt, ad suorum vocabat successionē: & iure adgnatorū eos antepo nebat: b nepotes aūt, q ex filiabus nati sunt, & pronepotes ex neptibus, cognatorum loco connumerans, post adgnatorū lineam eos vocabat, c tam in aui, vel proaui ma

* Male loquitur hæc gl. nam ī §. p eam hic citato, tex. nō loquitur nisi de arrogatis in qb. nihil corrigitur hic. sed antiqua iura seruanf, vt patet ī fi. huius §. dic ergo duorū alterū, aut q Triboniani lectio hic luxata est ad de filijs à pia in adopt. datis corrigēs: qd nō est in hoc tit. dicti. cum nulla de his ī hoc tit. mentio fiat: aut quòd oportet extendere. §. at ij. ī eo. vt ēt de adop. intelligatur, quod vt fiat legas illum tex. vel ad eum suppleas s vt ibi dixi. Egid. Per.

* Aliàs exposuimus.

x Opinionē istius glo. §. Pla. approbat Ang. hic. quo ad primā qōnē indistinctè, licet Io. Fa. videatur stare cū Pla. Item quo ad secundam: nisi operaretur ipsi patri adoptiuo-

a Sed ea omnia. Quæ ī eo. §. at ij. dicta sunt, & ī. proximo §.

b Aliquam. Quasi dicat, quædam correximus, quædā tenuimus.

c Constitutione. Vt C. de adop. l. penultima.

d Naturalibus. Et legitimis.

e Nonnullos. Idest aliquos. Accur.

f Soluta. Scilicet post mortē. secus si ante: vt ī. e. §. at ij.

g Ad neutrius. Vt ī eo. § at ij. Accursius.

h Vocabantur. Hoc idem videtur etiam cōtingere hodie in casu, quē habemus infra hoc §. versicu. nostra autem. C. de adop. l. penul. § sed hoc. Sed dic, q auus adoptans tenetur ei relinquere quartā, vt filio arrogato: vt ī. hoc §. versicu. nostra. ibi, quemadmodum &c.

ADDITIO. Sed hanc reprobat glos. in d. l. pen. quia vbi destituitur omni remedio, sibi imputet qui se emancipari permisit.

i Constitutionem. Scilicet prædictam.

k Permansisset. Nunquid ergo nō pmansit? Rñ. imò pmāsit: vt ī. de adop. § Sed hodie. Sed hoc dicit referendo se ad factū, q. d. ac si de iure & de facto ī eius familia permāsisset.

l Tantummodo. Nunquid est in iure vocabit sine veniat? Item nunquid alimenta tali filio dare tenetur? Rñ. non, p hāc literā. vt ī. de adop. § sed hodie. i P. dicit contra.

m Intestato idest, simul cum alijs naturalibus: vt C. de suis, & legiti. l. si te. nō tamen succedit alijs consanguineis sui patris adoptiui: vt C. de adopt. l. pē. §. sed si quidem. in fin. Accur.

ADDITIO. Hoc verum de iure nouo: secus de iure antiquo: vt ff. de adoptio. l. qui in adoptionem

n Ab eo. Scilicet adoptiuo patre.

o Neque iure ciuili. Quia non est in potestate sua.

p Neque prætorio. Quia non est emancipatus ab eo: vt ī. de exhæreda lib. in prin & §. emancipatos. & §. fi.

q Inofficiosi. Supra de inoffic. testa. §. tam autem. cōtra. Sol. illa intelligitur secūdum distinctionem huius. §. vt ibi dicitur.

r Sabiniano senatusconsulto. quod nō habemus: sed dicebat. q tres inuenès arroganti offerebantur, vt vnum eligeret. quo casu magna erat hæc solennitas: vnde ex constitutione diui Pij quarta ei dabatur arrogato. quod hodie non est in vsu: imò idem hoc casu: vt & aliàs. vt hic. & C. de adopt. l. pen. § quæ autem.

s Ad eius. Scilicet quartæ.

t Constitutione. Vt C. de adoptio. l. pe. §. si verò patet.

u Parens. Hoc in infinitum accipe: vt ff. de grad. l. iurisconsultus. §. parentes.

x Seruamus. Vt siue loco filij, siue nepotis, adoptetur, perinde habeatur, ac si vere naturalis esset, scilicet filio præcedente nepotem: vt C. de adoption. l. penultima. § quæ in filio.

y Quemadmodū. Quasi dicat, sic transit in hoc casu q sequitur.

z Item vetustas. Correximus ius antiquum circa liberos primi grad⁹ naturales, siue adoptiuos: nunc circa vlteriores.

a Solos in hoc malè. Accur.

b Anteponebat. In hoc bene.

c Vocabat. Scilicet vetustas, non ciuilis iuris authoritas, vt supra, sed prætorij: vt infra titulo primo. §. sed quia.

no. arg. l. in rebus. §. pōt. ff. commod. vel nisi pernālis ageret, & adoptatus nō habebat vñ se alere posset, ar. l. pe. ff. de lib. agnoscen.

* Aliàs exhæredem.

* Aliàs ī tali adoptione.

Maternā

terni, [a] quã in auiæ, vel proauiæ, siue paternæ, siue maternæ [b] succesionem. Diui autẽ principes [c] nõ sunt passi talẽ ꝯtra naturã † iniuriã sine cõpetenti emendatione relinquere. sed cũ nepotis, & ꝓnepotis nomẽ cõe sit vtriusq; tã ex masculis, quã qui ex fœminis descẽdũt, idõ eundẽ gradũ, & ordinẽ successionis eis donauerũt. [d] Sed vt amplius aliquid sit eis, qui nõ solũ naturę, sed ẽt veteris iuris [e] suffragijs muniuntur: [f] portionẽ nepotũ, vel neptum, vel deinceps (de quib. supradiximus [g]) paulò [h] minuẽdam esse existimauerũt: [i] vt minus tertia parte acciperẽt, quã mr̃ eorũ vel auia † fuerat acceptura, vel pr̃ † eorũ, vel auus paternus, † siue maternus, qñ fœmina mortua sit, [k] cuius de hr̃ditate agit̃: ijsq; ([l] licet soli sint) adeuntibus, adgnatos minimè vocabãt. Et queãdmodum lex duodecim tabularũ filio mortuo nepotes, vel neptes, ꝓnepotes vel ꝓneptes ĩ locũ pr̃is sui ad successionẽ aui sui vocat: [m] ita & principalis dispositio in locum matris suæ, vel auię eos cũ iã designata partis tertiæ diminutione [n] vocat.

Quamuis olim existẽtibus ẽt ex filia nepotibus quadrans hæreditatis agnatis trãsuersalibus defuncti deberetur, hodie tamen nõ debetur. itẽ nepotes ex filia ex persona matris cum aui filio succedẽtes in stirpes succedunt.

Sed nos, cũ adhuc dubitatio maneret inter adgnatos, & memoratos nepotes: quartã partẽ substãtiæ defuncti agnatis sibi vẽdicãtibus ex cuiusdã cõstõnis [o] authoritate, memoratã qdẽ cõstõnẽ a nr̃o Codice segregauimus: neq; inseri eam ex Theodosiano codice in eo cõcessimus. nostra aũt cõstitutione [p] ꝓmulgata, toti iuri eius derogatũ est, & sanximus, talibus nepotib. ex filia, vel ꝓnepotibus ex nepte, & deinceps supstitibus, adgnatos nullã partẽ mortui successionis sibi vẽdicare, ne ij, q ex trãsuersa linea [q] veniũt, potiores ijs [r] habeant, q recto iure descẽdũt. Quã cõstitutionẽ nostrã obtinere ẽm sui vigorẽ & tẽpora, [s] & nũc sancimus; ita tñ, [t] vt queãdmodũ inter filios, & nepotes ex filio antiquitas statuit [u] nõ in capita, sed in stirpes diuidi hęreditatẽ, similiter nos inter filios, & nepotes ex filia, distributionẽ fieri iubeamus, vel inter oẽs nepotes, & neptes, & inter pronepotes, & ꝓneptes, & alias deinceps ꝑsonas: vt vtraq; progenies, matris, vel pr̃is, auię, vel aui portionẽ sine vlla diminutiõe [x] cõsequat̃: vt si fortè vnus, vel duo ex vna parte, ex altera tres aut quatuor extẽt, vnus, aut duo dimidiã, alteri tres, aut quatuor alterã dimidiã hr̃ditatis habeant. [y]

TITVLVS II.

DE LEGITIMA Adgnatorum successione. †

Post suos hæredes eosq; qui eorum loco habẽtur, agnatis proximus (idest, per virilis sexus cognationem iunctus) successio defertur: in quorũ etiam albo sunt, qui ciuiliter (hoc est, per adoptionem) fiunt agnati.

Insut. Impet.

[a] Materni. Scilicet moriente masculo, de cuius bonis agit̃: vt ĩ. ꝓx. §.
[b] Maternæ. Scilicet moriente fœmina, vt ĩ. proxi. §. Accur.
[c] Diui autem principes. vt C. de suis. & legiti. l. si defunctus. & C. de colla. l. illam. circa princ.
[d] Donauerunt. s. principes: sed non idem commodum vt sequitur.
[e] Veteris iuris. l. l. xij. tab.
[f] Muniuntur. Nota duas ratiões vincere vnam: vt ĩ. de adopt. §. sed hodie. in fin §.
[g] Diximus. Scilicet nullo modo, nisi in tertio ordine succedere: vt ĩ. proxi. §.
[h] Paulo. Nota parum de tertia parte totius rei dici. sic in auth. de exhi. & intro. re. §. sancimus. i glo. nullum. col. v.

ADDITIO. Quod facit ad multa. imò tu dic q hoc relinquit̃ arbitrio iudicis. l. hæc adiectio ff. de verb. sig. & l. cum furti. ff. de in litem iur.

[i] Existimauerunt. Scilicet principes.
[k] Mortua sit. Not. duos casus. Si enim morit̃ fœmina, nepotes, vel neptes ex masculis, vel fœminis in nihilũ olim nisi post agnatos hodie cũ diminutione tertiæ partis succedunt. Si morit̃ masculus, nepotes ex filia tantum vocantur cum diminutione tertiæ partis, vt hic dicitur.
[l] Ijsque. Scilicet. Qui descendunt ex fœmineo sexu.
[m] Vocat. ĩ. eo. §. cũ filius. Accur.
[n] Partis tertiæ diminutiõe. Quod de hac diminutiõe tertiæ dicitur, corrigitur per sequẽtẽ §. secundũ M. sed nos secundũ B. dicimus sequentem §. loqui in quadam alia parte, quæ debebatur agnatis, s. quarta: si autem de hac tertia: sed per Autheu. dicimus de hac tertia correctum, scilicet, vt æqualiter hodie veniãt: vt in Authentic. de trien. & semiss. §. neque illo colla. 3.
[o] Constitutionis. Quam nõ habemus vt sequitur.
[p] Constitutione. Vt C. de suis, & leg. l. fin.
[q] Transuersa linea. Sic in Authent. de non eligen. §. cũ igitur, circa fin. collatio. I.
[r] Ijs. Scilicet nepotibus. & pronepotibus ex filia.
[s] Et tempora. Vt ĩ futuris casibus tantum valeãt: vt C de suis, & legit. l. vlti. Accursius.
[t] Ita tamen. Hoc qđ sequitur, est referendum supra ad §. diui. non ad proximum.
[u] Antiquitas statuit ĩ. e. ĩ. cũ filius.
[x] Diminutione. Scilicet quartę, quę debebatur agnatis. nõ tertiæ, quæ debebat̃ patruis: vt supra ꝓ xj. §. diximus.
[y] Habeant. Imò in capita videtur diuidi. vt infra titul. t. §. hoc etiam addendum. in fine. Sed ibi de collateralib. hic de descendentibus loquitur.

ADDITIO. Nota, quòd non tãtum nepotes, sed & pronepotes succedũt in stirpes: & veniunt per repræsentationem. cuius cõtrarium videtur dici in Authen. de hęredi. ab intest. veni. § huiusmodi. colla. nona. Ang.

DE LEGITIMA agnatorum successione.

† Contra naturã ẽ plus diligere nepotẽ ex virili sexu, q̃ fœmineo. fa. l. maximũ. C. de lib. præ. Egid. Per.

† Si agit̃ de hr̃ditate patris ipsius auię Egid. Per.

† Si agit̃ de hęreditate mr̃is cuius, scilicet patris

† Si agit̃ de hęreditate matris ipsius aui paterni. & sic auiæ.

† Aliàs vnde legitimi, & vnde agnati.

Cōtinuatio.

. Quia suprà titu. prox. dictum est qualiter succedant sui hæredes siue liberi: & quia post suos vocantur prius agnati, quam cognati: vt infrà eod. § fina. & l. post suos. ff. de suis, & le. ideo post titulum præcedentem posuit istum. Ang. Aret.

Diuisio.

SI nemo suᵘ. Totᵘ iste ti. diuidit͂ in vij. partes. Primo quando admittit͂ agnatus. Secundo quis est agnatus. Tertio, vsque ad quotum gradū agnati veniunt, & vsque ad quotas personas fœmininas deuoluantur tam de iure vetustissimo, & de iure prętorio, quā etiā media iuris prudentia. l. xij. tab. & tempore Iustiniani. Quarto, q̄ generi agnatorum Imperator addit vnum cognatū. Quinto, q̄ lege xij. tab. proximus agnatus vocatur. & quis dicatur proximus. Sexto, q̄ ex leg. xij. tabu. proximo repudiante sequens nō admittebatur: hodie verò sic. Septimo, q̄ filij emācipati hæreditat est legitima patri. Secunda ibi, Sunt autem. Tertia ibi, Cæterum, Quarta ibi, Hoc etiā addēdum. Quinta ibi, Si plures sint. Sexta ibi, Placebat. Septima ibi. ad legitimam.

SI nemo [a] suus [b] hęres, vel eorum, quos inter suos hæredes prætor, [c] vel constitutiones [d] vocant, existat, [e] qui successionē, [f] quoquo modo [g] amplectatur: tunc ex lege duodecim tabula. ad adgnatum [h] proximum [i] pertinet hæreditas.

Agnati sunt illi, qui ex linea masculina descendunt, vel etiam ex adoptione: dummodo sint in priori gradu. Ang.

Sunt autem adgnati [k] (vt primo quoq; libro [l] tradidimus) cognati virilis sexus personis cognatiōe. [m] cōiuncti, quasi à patre cōnati. Itaq; ex eodēpatre † nati fratres adgnati sibi sunt: qui & consanguinei [n] vocantur: nec requiritur, an etiam eandē matrē habuerint. Itē patruus fratris filio, & inuicem [o] is illi adgnatus ē. Eodē numero sunt fratres patrueles, i. qui ex duobus fratribus procreati sunt. qui etiā cōsobrini [p] vocantur. Qua ratione etiam ad plures adgnationis gradus peruenire poterimus: Ij ēt qui post mortē patris nascuntur, iura cōsanguinitatis [q] nanciscuntur. Non tñ [r] oībus simul adgnatis dat lex [s] hęreditatē: sed ijs, [t] qui tūc proximiores gradu sunt, cū certū [u] eē cęperit aliquē intestatū decessisse. Per adoptionem quoq; [x] adgnatiōis ius cōsistit: veluti inter filios naturales, [y] & eos quos pr̄ eorum adoptauit. Nec dubiū est qn hi iproprie consanguinei appellent͂. Itē siqs [z] ex cęteris adgnatis tuis, veluti frater aut patruᵘ, aut deniq; is q lōgiore gradu est, adoptauerit aliquem: adgnatus inter suos esse [a] non dubitat͂.

Ex agnatis mulieribus nulli penitus (nisi sorori) ad agnatorum successionem per media iuris prudentiā dabatur aditus: quāuis prætoris beneficio post omnes demum agnatos cognatosq́, per vnde cognati, ad bo. pos. admittebantur. Hodie aūt constitutū est oēs agnatos, siue masculos, siue fœminas, pari rōne ad iura successionis ab intest. vocari.

Cæterum [b] inter ma-

† Duo fratres ex eodē patre dicunt͂ cōsāguinei.

[a] Si nemo. etiam vnus: vt ff. de testa. tut. l. si nemo.

[b] Suus. I. tit. j. § j. Accursius.

[c] Prætor. Supra ti. j § emancipati. Accursius.

[d] Constitutiones I. tit. i. § quibus cōnumerari. & § item vetustas. ver. diui. Accu.

[e] Existat. Dico & amplectatur: nam hæc duo necessaria sunt. Accur.

[f] Successionem, Defuncti. Accur.

[g] Quoquo modo. Scilicet ciuili, vel prætorio iure.

[h] Agnatum. Capite non minutum: vt ff. de suis, & legi. hære. l. capite.

[i] Proximum. Idest, qui proximior est defuncto. I. eo. § plures. & § prox. mut. Accur.

[k] Sunt autem adgnati. Sic ff. de legit. tuto. l. sunt autem. Accur.

[l] Libro. vt I. de leg. agn. tut. § sunt autem.

[m] Cognatione. Cognatio est genus, agnatio species. vnde quisquis est agnatus, est cognatus, sed nō econuerso.

[n] Consanguinei. Quasi ex eodē sanguine nati: cæterū agnati non dicuntur cōsanguinei: [r] vt ff. de suis & leg. l. ij & I. de suc. cog. § vulgo.

[o] Inuicem. Scilicet filius fratris patruo.

[p] Etiam consobrini. Impropriè: vt I. de gradib. cognatio. § 4.

[q] Iura consanguinitatis, s. ad suos fratres prius natos: ad reliquos vero agnatos agnationis tantum ius acquirit: vt I. prox. mē dicemus. Et est verum hoc si viuente eo de cuius hæreditate agitur, concepti saltem erant: vt ff. de suis. & legi. hęred. l. Titius. ibi. responde. & ff. vnde cog. l. j. § siquis proximior. Accur.

ADDITIO.

Aliàs ex persona sua non succedit sed bene ex persona patris. Angel.

[r] Non tñ. Quāuis agnati vocentur ad hæreditatem, nō tamen &c.

ADDITIO.

Et sic no. secūdū Ange. d spositionē absolutā debere intelligi secundum ordinis prærogatiuam. Quod facit ad eum, qui accepit in emphyteusim: vel cui legatur aliquod pro se. & filijs suis: vt videantur esse vocati secundum ordinis charitatem.

[s] Dat lex. Scilicet duodecim tabularum.

[t] Sed ijs. Et omnibus ijs: vt j. eo. § si plures

[u] Certum. Quod est cuiē, scilicet, facto testamento, qd̄ euanuit qd̄ dic vt j. § proxi.

[x] Per adoptionē quoq;. Quasi dicat, nō solū iure naturali cōstituitur agnatio, sed etiā ciuili, vt per adoptionē, scilicet, quālibet iure isto: vt ff. de adptio. l. j. & I. de adop. in princ. sed hodie per eam tantū ex qua transit in potestatem arrogatoris: vt I. eod. ti. j. § sed ea omnia. versi. nostra autē. sed tamē licet nō fiat agnatus, scilicet hodie: quia non transit in potestatem extranei arrogantis: succedit tamē ab intestato patri tantum, nō alijs patris agnatis: vt C. de ado. l. pen. § sed ne articulum. ver. sed si quidem.

[y] Naturales. Et legitimos, non tantū emancipatos. Vt ff. de grad. affi. l. si filium.

[z] Item siquis. Non solum pater, de quo dictum est.

[a] Inter suos esse. Idest, agnatorum alijs. gnatis adoptantis, & est cognatus sit: vt ff. de adop. to. l. q in adoptionem.

[b] Cęterum. i. certè. vel aliter, lex quidem xij. tabul.

i Quid aūt in veteri iure an dicant͂ cōsanguinei vide Angel. hic.

ēcsicte-

sculos quidem adgnationis iure hǣditas, z etiā si lõgissimo a gradu sint, vltro, citroq; capitur. Qđ ad fœminas b verò attinet: ita placebat, c vt ipsæ consanguinitatis d iure tantum capiant hæreditatem si sorores sint: vlterius nõ capiāt. masculi autē ad earū e hǣditates (etiā si longissimo gradu sint) admittanť. Qua de cā fratris tui, aut patrui tui filiæ vel amitæ tuę hæreditas ad te pertinebat: tua f verò ad illas non ptinebat. Quod ideo ita constitutū erat: quia cõmodius videbatur, ita iura constitui: vt plerunque g hæreditates ad masculos h confluerent. Sed quia sane iniquum erat, ĩ vniuersum eas i quasi extraneas repelli: ptor eas ad bonorum possessionem admittit ea parte, qua proximitatis k. nomine bonorum possessionē pollicetur, ex qua parte ita scilicet admittuntur, si neq; adgnatus vll⁹, neq; proximior cognatus interueniat. l Et hæc quidē m lex duodecim tabul. nullo modo introduxit: sed simplicitatē n legibus amicā amplexa simili mō omnes adgnatos, siue masculos, siue fœminas cuiuscunq; gradus ad similitudinem suorū inuicē ad successionē vocabat. Media aūt iurisprudentia, q̃ erat qdē lege duodecim tabularū iunior, o imperiali autē dispositione anterior, p subtilitate quadam excogitata præfatam q differentiam inducebat, & penitus eas r à successione adgnatorum repellebat, omni s alia successione incognita: donec p̄tores paulatim asperitatem iuris ciuilis t corrigentes, siue quod deerat implentes, humano proposito alium ordinē suis edictis addiderunt: & cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorum possessionem eos adiuuabant, & pollicebantur his u bonorum possessionē, quæ vnde cognati, x appellatur. Nos verò y legem duodecim tabularum sequentes, & eius vestigia hac in parte conseruantes, laudamus z quidem prætores suæ humanitatis: † non tamen eos in plenum huic causæ a mederi inuenim⁹. Quare etenim b vno, eodemque gradu naturali concurrente, & adgnationis titulis, c tam in masculis, quàm in fœminis æqua lance constitutis: d masculis quidē dabatur e ad successionem venire omnium adgnatorū, ex adgnatis autem mulieribus nulli penitus, nisi soli sorori, adgnatorum successionē patebat aditus. f Ideo nos in plenum omnia reducentes, & ad ius duodecim tabularum eandē dispositionem exæquantes: nostra constitutione g sancimus omnes legitimas personas, idest per virilem sexum descendētes (siue masculini generis, siue fœminini sint) simili mō h ad iura successionis legitimæ ab intestato vocari, secundum sui gradus prærogatiuā, nec ideo excludendas: quia consanguinitatis i iura, sicut germanæ, non habent.

Vterinæ, vel cōsanguineæ

---

z Aliàs agnatiōis iure hæreditas.

a De qua simplicitate intelligere debeamus Mandos. in glo. Facul. § volentes in ver. simplicis. Simplicitas legib⁹ amica.

---

deferebat hæreditatem agnatis proximis. Sed media iuris prudentia cum distinctione: & ideo hic dicit cæterum, pro sed.

a Longissimo. Idest, decimo vt j. de succes. cog § fi.

b Fœminas. Agnatas.

c Ita placebat. Nota eautè dicit placebat, & non placeret vt j. §. nos vero. & hoc erat per mediā iurisprudētiam, nō per. l. xij. tabu. neq; per prætorem: vt j. eod. § & hoc quidē. & §. media.

d Consanguinitatis. i. agnationis.

e Earum. Scilicet, fœminarum.

f Tua. Scilicet, hæreditas.

g Plerunque. Hoc propter consanguineas sorores, de quibus modo dixit.

ADDITIO. Et hinc sumit ratio statutorū cōmuniter per Italiā, quod stantibus masculis fœminæ non succedāt: quia statuta ex pte masculorū sunt fauorabilia, & ex parte fœminarum odiosa. vt hic p Angelum.

h Ad masculos. Sic supra titul. j. §. item vetustas.

i Eas. Idest agnatas fœminas.

k Proximitatis. Idest cognationis.

l Interueniat. Nec aliquis suorū: vt ī. titu. §. admonendi in fin. §.

m Et hæc quidem. Quæ scilicet in §. cæterum. & § sed qui dicta sunt.

n Sed simplicitate Remota differentia agnatorū inter masculos, & fœminas. sic ī. de fideicō. hæred. §. sed quia

o Iunior. Et sic no. quòd lex xij. tabul. est vetustior, quam media iurisprudentia: & quā ius prætorium.

p Anterior. constitutione anteriu-

ri infrascripta. quæ est C. de leg. hære. l. lege xij. tabul. Accursius.

q Præfatā s. dictā ī. eod. § cæterum.

r Eas. Agnatas fœminas, nisi sorores.

s Omni. Nam ordo cognatorū non erat adhuc, Vel dic etiā deficientibus agnatis: ipsi tamen non vocabantur.

t Iuris ciuilis. Idest mediæ iurisprudentiæ. quod scilicet ciuili dicitur: vt ff. de ori. iu. l. ij. §. hæc disputatio.

u His. Scilicet mulieribus agnatis, vltra sorores.

x Vnde cognati. Sic dicta: quia per eam cognati vocantur. Accur.

y Nos vero. Hic Iustinianus loquitur.

z Laudamus quidem ptores. i Nec. q̄ ille est laudand⁹, qui est inuentor alicuius ordinationis, siue dispositionis, licet non æquè perfectè adinuenerit: q̄a facilè est inuentis addere: vt l. j. C. de vete. iur. enu §. omnia enim nostra. Ange. Aret.

a Huic causæ. Idest expulsioni agnatorum.

b Quare etenim. Bene dico fore prouidendū agnatis fœminis: quas etenim

c Titulis. a Idest nominibus. Accur.

d Constitutis. Idest, ordinatis.

e Dabatur. Idest, concedebatur.

Post mortem. CASVS. In §. isto recitat nobis Insti. antiquã formã stipulationũ, & eã corrigit. Olim enim ita fuerat. q si aliquis stipularetur ita: Promittis mihi decẽ post mortẽ tuã? nõ valebat stipulatio: eo q post mortem stipulatoris, vel promissoris, qui quod in stipulationẽ deductum est, solueret, vel reciperet, ex iure vetustissimo, qd in fine huius. §. corrigitur, neq; ab hæredibus, neque cõtra hęredes inciperet posset obligatio. Similiter si is qui in potestate alicuiꝰ esset, vt patris, vel domini, stipularetur, sibi aliqd dari post mortẽ patris, vel dñi, nõ valebat stipulatio olim. sicut si ipse pater, vel dominꝰ stipularetur aliqd post mortẽ suã sibi dari: quia filius, vel seruus voce patris, vel dñi loqui videtur. Similiter siquis olim ita stipularetur. Pridie quã moriar: vel Pridie quã morieris, promittis mihi decem? nõ valebat stipulatio. Sed demũ iam dicta corrigit Iustin. dicens. q cũ stipulationes valeant, quæ consensu cõtrahentiũ sunt cõceptæ: sibi placuit hũc iuris articulũ emẽdare, statuens, vt siue post mortẽ. seu pridie quã moriatur, fuerit quis stipulatus aliquid sibi dari, vel promisit aliquid se daturum, valeat stipulatio. h. d. Fran.

c Nemo stipulari poterat. Scilicet iure vetustissimo: quod hodie corrigitur, vt in fi. huius §. *

d Non magis. Quia nec hęc valebat. Accur.

e Eius. Scilicet patris, vel domini.

f Videretur. Vnde sicut patre, vel domino sic stipulante, erat stipulatio inutilis: ita & seruo talia verba dicente vel filio: vt hic, & Ĩ. eo. §. ei qui. & facit C. de impu. & ali. substi. l. fi.

g Pridie. i. die pcedẽti mortẽ: vt ff. de fer. l. pridie.

h Erat. Scilicet, olim.

i Sed cum, vt iam. Nunc corrigitur.

k Dictum est. Sic Ĩ. de verb. obliga. §. sed hæc.

l Placuit. Vt C. de contrah & com. sti. l. scrupulosam.

ADDITIO. Et sic qñ constat de mente cõtrahentiũ, fm eã fit interpretatio etiam in his, quę stricti iuris sũt, quod facit, vt statutum recipiat interpretationẽ extensiuam et actiuã: si sic cõstet de mente statuentiũ, aliàs secus. vt per Ang. hic.

m Valeat. Scilicet statim: efficax autẽ erit post morte. vñ ab herede, & cõtra hæredem incipient actiones hodie, qđ olim nõ erat: vt Ĩ. de act. ab hæt. & cõtra hæte. l. j.

Itẽ si quis. CASVS. Supra vidimus stipulationem vnã, q olim erat inutilis, & adhuc recitat vnum casum in quo olim erat stipulatio inutilis: hodie tamẽ vtilis ẽ. Olim enim si aliqs stipulabatur ita. Si nauis venerit ex Asia, hodie dare spõdes? inutilis erat talis stipulatio propter præposterationẽ. Innuitur enim ista stipulatione, q datio euentũ conditionis debeat pręcedere. Sed cum præposteram stipulationẽ in dotibus non existimauerit reijciendam, placuit Iusti. & huic stipulationi non obstante præposteratione perfectũ robur accõmodare: vt non solum in dotibus, sed & in alijs valeat stipulatio præpostera, & ppostere cõcepta. h. d. Fran. de Are.

n Veteri. Post hoc verbum venerit, est punctũ: & subaudi quandoque, vel vsque ad annum. si autẽ esset post illam dictionẽ hodie, nõ eẽt stipulatio inutilis etiam iure veteri, sed vtilis & cõditionalis: vt Ĩ. de verb. oblig. §. sub conditione.

o Pręposterè. Primo enim debet venire nauis secundum naturam conditionalis stipulationis, vel cõditionis, quam dari hodie.

p Existimauerit. Scilicet cum ita stipulabatur mulier, si sine liberis decessero, pmittis mihi dotẽ reddere, vt de ea possim testari? cũ priꝰ testari proponebat, & ea mortua dotem reddi: vt C. de iur. dot. l. si mulier. vel dic secũdũ Ioã. cum stipulatur maritus sic, Si dabis mihi x. promittis te mihi nupturam? primo enim nubere, & postea dare debebat.

q Placuit. Vt C de testibus. l præposteri.

r In omnibus. Scilicet obligationibus.

s Conceptio. Exactio tamẽ fit post cõditionem existentem

* Addas qđ imo iure ff aliquo qui superuacanea esset correctio. l. fi. C. de cõtrah. & cõmit. stip. Nec huic obstabit l. quodcũque. §. nõ solum. ff. eod. quonia loquitur in stipulatiõe, cum moriar. de qua in sequen. §.

* Alias, non est, cras Et sane Anto. August. emẽdatio. l. j. c. ix. tractãs de interpunctionibus huius loci. non addit eã dictionẽ ad monet tamen eam haberi in græcis Institutionibus Theophili.

Dupliciter literã exponit.

stantê: vt C.de test.l.præposteri.in fi. & facit ad hũc §.f.quod non sit curandus ordo scripturæ.ff.de pec. lega.l.quidā.in fi & glo.fi. §.de leg.§.ante. & ff.de solu.l.nec enim.

g Respondere debeamus. Si volumus in omnibus teneri, aliàs tenemur tantũ in his, in quibus respondemus: vt hic. Itē & sufficit simplex rñsio. vt diximus, cũ æquiparetur ei, quādo ad omnes respondet. ff. de verb.ob.l.Titia.§.Idem respōdit.& §.eo.§.præterea.

Ita aũt ɔcepta stipulatio, veluti, si Titi⁹ dicat, Cùm moriar, dare spondes? vel Cùm morieris? & apud veteres vtilis erat, a & nũc valet. Itē post mortē alteri b rectè stipulamur.

Verbum promisisse in scriptis repertum, importat stipulationem. Aret.

Annota, Ea est ratio, nā omnia solenniter acta præsumuntur.

Si scriptũ c in instrumēto fuerit ꝓmisisse aliquē perinde d habetur, atq; si interrogatione præcedē te responsum sit. †

Si plures res deducantur in stipulationem, & simpliciter respondet promissor, ad omnes tenetur: alias ad eas tantùm, in quibus respondet. Areti.

Annota, Tōt inesse stipulationes, quot res in stipulationem deductæ.

Quoties † plures res vna stipulatione comprehendunt: siquidē promissor simpliciter respōdeat. Dare spōdeo: pp oēs tenet. Si verò vnā ex his, vel quasdā daturũ se spopōderit: e obligatio i his pro quibus spopōderit, ɔhit. f Ex pluribus.n. stipulationibus vna, vel quãdã videnē esse perfectæ. Singulas.n. res stipulari, & ad singulas rñderi debemus. g

Vt alteri detur, vel fiat, stipulari non possum, quā doquidem alteri acquiri, nostra minimè interest: pœnam tamen, si promissa non præstantur, stipulari nobis non prohibemur.

Alteri h stipulari, vt suprà dictũ est, i nemo † pōt. Inuentæ.n. sunt huiusmodi stipulationes, vel obligationes ad hoc, vt vnusquisq; adquirat sibi, quod sua interest. Cæ-

Ita autē ɔcepta. CASVS. Supradictũ est, q huiusmodi stipulatio, Promittis mihi x. post mortē? inutilis erat olim: hodie tamē vtilis est. Sed q dices de ista stipulatione, Cũ moriar, dare spondes? Et respō.Iusti.dicēs q olim huiusmodi stipulatio vtilis erat, & hodie etiã vtilis est. Itē si quis ita stipuletur, Promittis mihi x. post mortē Titij? bene valet stipulatio huiusmodi vt hic. Franc.

a Vtilis erat. Vt ff.de bo.au. iudicis poss.l. hæreditariũ. Accursius.

b Alterius. Scilicet tertij.

Si scriptum fuerit. CASVS. Scriptũ fuerat in quodam instrumēto Petrũ promisisse Titio centũ: postmodũ Titio eius illa petenti p textu illius instrumenti Petrus opposuit in hūc modum. Frater, quanquã cōtineat in instrumēto me tibi ꝓmisisse centũ, tñ cōtinetur ibi, q interrogatio ꝓmissioni non præcesserit: vnde cũ nō valeat promissio in stipulatione, nisi interrogatio præcedat, nō poteris per illud instrumentum ad illa centum agere Quæritur ego à Iusti. i isto casu qd iuris, & resp. dñs Iust. q si scriptũ fuerit in instrumento quempiã aliquid promisisse: perinde habetur acsi interrogatiōe præcedente promissio facta esset. Cũ enim in instrumento contineat ipsum promisisse, videtur omnia solenniter acta. & hoc dicit. Franc.

c Si scriptum. Nunquid idē sit, si testes, dicāt aliquē promisisse: vt etiam tunc intelligat præcessisse interrogatio? Videtur q sic: vt C.de fide instru.l.in exercendis. Sed tñ cōtradico: vt C.de vsur.l.j.in glo.pe. Et est ratio sm Ioan. quia testes nō sic in iure instructi sūt vt instrumenta quæ à iurisperitis fiunt. Accur.

d Perinde. Nisi contra probetur: ut ff.de pact.l.iurisgentium.§.quod fere.

Quoties plures res. CASVS. Quidam stipulatus est sibi dari plures res, vt puta, Codicem, Digestũ, & Institutũ. Quæritur verũ valeat talis stipulatio? Et respon. q si respōdeat ꝓmissor, Promitto, omnia videtur promisisse. Si autem respondeat, Instituta ꝓmitto: pro solis Institutis contrahit obligatio. Singulas enim res stipulari, & ad singulas respōdere debem⁹ hoc dicit. Fran. de Areti.

e Sponderit. Aliàs respondrat.

f Contrahit. Imò videtur non valere, cũ sit diuersitas in respondendo: vt §.eod.§.præterea. Sed distingue, vt ibi diximus.

Alteri stipulari. CASVS. Suprà dictũ est, q nemo potest alteri stipulari, eò q inuentæ sunt hmōi obligationes ad hoc, vt vnusquisq; sibi acquirat, qd sua interest: sed non interest stipulatoris, quod aliquid alteri detur. Sed pœnam⁹ quòd aliquis velit alteri aliquid stipulari qualiter poterit hoc facere? Et respō. q pœna debet stipulari, videlicet sic. nisi ita factũ sit, vt comprehensũ est in stipulatione. verbi gra. Promittis Titio decem? ꝓmitto, & nisi illa decē dederis, ꝓmittis mihi viginti? Pœna autē adiecta in secũda stipulatione nō facit primam stipulationē, quę primo erat inualida, valere: sed metu pœnę, quod i prima stipulatione cōtentũ est soluit. Nisi enim dederit decē in prima stipulatione contēta, committit ellā stipulatio .f. i viginti. Cum autem quis stipulatur pœnam. non inspicit qd intersit stipulatoris, sed quæ sit quantitas in cōditione stipulationis, qd sic intelligunt quidã, q pœna non excedat duplum. Alij autem dicūt, quòd nō debet excedere quadruplum. Dominus autem Guido sic distinguit. Cũ autē pœna interponitur, aut interponitur p verba quantitatē designantia, cuiusmodi sunt duplum, triplum, quadruplũ: & talis pœna nō debet excedere quadruplum, aut p verba designantia qualitatē: & tunc quantacunque fuerit quãtitas etiam in centuplum, bene valet stipulatio. h.d. Frãc.

h Alteri. Sic ff.de verb.oblig.l. stipulatio ista.§.alteri. Accursius.

i Vt supradictum est. Supra, eo.§ siquis alij. hoc tamē fallit i multis casibus. vt ibi diximus. Et nota, q hic tribus modis alterũ stipulamur. Nã interdũ directã acquirim⁹ actionē, subaudi alteri stipulãdo, vt filius patri, seruus domino, & contra: vt §.eo.§. siqs alij. & §.et vero qui. quãdoq; vtilem: vt tutor pupillo & in similib⁹ ratiōe officij. vt seruus publicus: vt ff.de consti. pecu. l.cũ qui.§. pecul.& ff.rem pup.sal. fore.l.iiij. Interdũ nullam, & tūc necessaria est pœna, vt hic dicit. Itē no. quod hoc vltimo casu verba stipulationis, & sortis, & pœnę, possunt formari tribus modis. Aut.n.sic dico, Promittis mihi, quòd dabis illi. & eodē modo pœnã? Aut sic, Promittis illis, quod dabis ei. & eodē modo pœnã? Et in his duobus casibus nō valet, neq; sortis neque pœnæ promissio. Sed aliud, quãdo deberet vtilis vł directa acquiri. vt

Ordo scripturę attēdendus non est.

† Atque id q̃d est in dubio pię sumitur admittit. tñ probatio in contrariũ.l.iurisgentium. §.qd ferè. ff.de pa.

† Facit ad hũc § c. præterea. cũ gloss. ibi not. ar. extra de ver. signifi.

† Nam sępe testes sunt iuris peritiores nō. dic ergo q id ꝓuenit ex ratiōe intellectus: q ita cōcepi⁹ intellectus iudicat in instrumēto sed testes nō audiũtur super eo, qd percipiũt ratione intellectus, sed super eo, quod percipiũt sensu corporeo ad extra declarato.

† Hũc locũ intellige, aclim ita vt per Barto. ac glo. in l. stipulatio ista. §. si stipulatio ff. de verb. obl. & vide Angel. in § sed & si quis. j. e.

Stipulando alteri quãdoq; sibi actionē quęrimus, quãdoq; non. Stipulatio alteri facta potest trib. modis formari.

In primis duob. casibus, vt ff. de cõsti. pec. l. eum q. §. si actori. & §. Iulianus. & hic. Aut sic. Promittis mihi ꝙ dabis illi? aut pœnam tm̃ mihi stipulor: q̃a & tũc habet locum quod hic dr̃. Aut quarto modo dico, Promittis, ꝙ dabis mihi recipiẽti nomine eius, quo casu valet vtrũque: & ego illi cedam, cuius nomine stipulatus sum. vt ff. manda. l. si procuratorẽ. §. finali.

ADDITIO. Et hoc verũ, siue sim procurator habẽs mãdatũ, siue negotiorũ gestor, siue saltẽ generalis, vt mihi acq̃rã, & postea cedã, sicut procurator cum ratihabitione &c. vt l. fin. C. ad Maced. & l. si ego. ff. de nego. gest. vt per Ioan. Fab. & Ang. hic.

a Etiam ei. Scilicet stipulanti, cuius tñ non interest dari ei cui fuit stipulatus. nec mirum, quia sibi fuit stipulatus pœnam, vt modo diximus, & facit ff. de recept. arbitr. l. cũ pœna. Sed contra. ff. de recept. arbi. l. aduersus. §. sed si cum. Sed ibi non directo contra arbitrium itur: & ideo inspicit̃ an intersit etiã in pœna: cum ad ea quæ frequẽter accidunt iura se referant: vt ff. de legib. l. nam ad ea. Item contra. ff. si q̃s in ius voca. l. 2. §. fi. 1 gl. intersit. Sed ibi in pœna prætoria, hic autem in conuentionali dicit. Vel ibi ideo non committitur, quia non debuit venire: quia aduersarij non intererat: & ita per obliquum illa ratio redditur.

b Pœnã. n. cũ stipulat̃. no. ꝙ cautè ponit, stipulat̃. nã secus est cũ paciscit̃ tm̃: cũ pœna ex nudo pacto & incõtinẽti apposito, sicut vsura, nõ possit peti: vt ff. de ser. expor. l. seruus. in gl. 1. & C. de vsur. l. 3.

c Quæ sit quantitas. i. quæ sit quãtitas, & q̃ sit conditio. Inspicit̃ conditio, vtrum sit possibilis, vel probabilis, vel nõ, vt 3. eo. §. si impossibilis & j̃. e. §. qđ turpi. Quantitas verò q̃ sit inspicitur, vt quantacunque sit, petat̃ certi cõdictiõe, si est certa: aliàs si stipl̃o est incerta, actiõe ex stipulatu: vt hic & 3. de ver. obli. in prin. Ista. n. nomina, quis, & quę, substantię sunt significatiua, non quantitatis s. certę, vel taxatę, vel taxandæ: & hoc secundùm Azonem. Sed contra est, vt j̃. de actio. §. omnes. solue vt ibi. 1 Item contra. ff. de euic. l. si dictum. in prin. Sed ibi sic agebatur. Itẽ contra. C. de sponsa. l. mulier. §. quę omnia. Sed illud fauore matrimonij ne in infinitum pœna excedat. C. de inuti. stipu. l. ij. Alij, vt M. dicunt vsque ad duplũ: & in hoc cõsideratur hic quãtitas vt duplũ nõ excedat sm̃ eũ: vt C. de sen. quę pro eo qđ interest l. j. Alij, vt Ioan. distinguunt inter eũ, qui sciẽter promittet vltra duplũ, et sciat se nõ teneri, vt ille teneatur: aliàs nõ: vt ff. si quis cau. l. sed si quis. §. fi. Alij dicũt vsq; ad quadruplũ semper extẽdi, & nõ plus: vt j̃ de act. §. omnes. prima verior est. Accur. ADDITIO.

Quæ procedit, vbi datio quantitatis nõ est in oblig̃one: vt quia promittis daturum te centum Titio, ad ea. n. agere non possum: & sic facti obligationi pœna censetur apposita, sm̃ Ioan. Fab. & Ang. hic.

d In cõditione stipl̃onis. i. in pœnali stipl̃one q̃ est cõditionalis. s. si nõ pareat promissor principali promissioni. Accursius.

terum si alij detur, nihil interest stipulatoris. Planè si quis velit hoc facere: pœnam stipulari conueniet: vt nisi ita factum sit, vt est compræhẽsum, committatur pœnę stipulatio etiã ei, a cuius nihil interest. Pœnam enim cũ stipulatur b quis, non illud inspicitur, quod intersit eius: sed quę sit quãtitas c in conditione stipulationis. d † Ergo si quis ita stipuletur, Titio dari? e nihil agit. Sed si adiecerit pœnam, Nisi dederis, tot aureos dare spondes? f tunc committitur stipulatio. g

Quoties nostra interest extraneo dari, toties & stipulari possumus.

Sed & si quis stipulet̃ alij, cũ eius h interesset: † placuit stipulationem valere. Nã si is, qui pupilli tutelam administrare cœperat, cesserit i administrationẽ cõtutori suo, & stipuletur rem pupilli saluam fore: q̃m interest stipulatoris fieri, quod stipulatus est (cùm obligatus futurus sit pupillo, si malè res gesserit) tenet obligatio. k Ergo & si quis procuratori suo dari stipulatus sit: stipulatio vires l habebit.

Et si creditori suo q̃s stipulatus sit, ꝙ sua interest, m ne forte vel pœna cõmittat̃, vel prędia distrahãtur, quæ pignori data n erant: valet stipulatio. o

Promissio facti alieni non vales, nisi apposita sit pœna. Aret.

Versa vice, p q̃ aliũ facturum promisit: videtur in ea esse causa, vt nõ teneatur, nisi pœnam q

e Titio dari. Vt promittis Titio, vel mihi, quod dabis Titio? Accur. fin.

f Spondes. s. mihi: alias non valet hoc, vt modo diximus. Accursius.

g Committitur stipulatio. s. pœna eo non dãte, nõ aũt illa inutilis efficitur vtilis, sed pœnæ metu, & illi statur: vt & alias. C. de arbitr. l. 1. Accursi.

Sed & si quis. CASVS. Supradictum est, quod nemo põt alteri stipulari: vñ quæritur, qualiter hoc sit intelligẽdũ? Et dicit Imperator, ꝙ hoc est sic intelligendum: nisi intersit eius qui stipulat̃. Nam si tutor, q̃ tutelam pupilli sui cœpit ministrare, cesserit administrationẽ cõtutori suo: bñ poterit a cõtutore stipulari rẽ pupilli saluã fore, & alteri stipulari, cũ eius intersit: eo, ꝙ si male administrauerit cõtutor tutelã, hẽret pupill⁹ tutorẽ, q̃ prĩo administrauit, sibi obligatũ. Et eadẽ rõne poterit aliq̃s aliq̃d stipulari procuratori, q̃ aliq̃d certa die à dño suo promisit sub pœna, ne pœna cõmittat̃, vel creditori suo, ne pignora sua distrahant̃. h. d. Frã.

h Eius. Scilicet stipulantis.

i Cesserit. Sic 3. de satisda. tuto §. ij alias. 3.

k Tenet obligatio. Nã vtilis actio pupillo datur: vt ff. de mag. conue. l. j. §. pen. Item ipsi stipulanti directa acquiritur, vt hic dicitur.

l Habebit vires. Interest enim mea procuratori meo solui, q̃ in rem meam expendit: vt j̃. manda. §. j. vel ex sic. tua gratia & mandantis.

m Quod sua interest. Quod, idest, quia.

n Data. Ab isto, qui nunc stipulatur.

o Valet stipl̃o. nõ vt procuratori, vel creditori actio cõpetat. sed q̃ stipulat⁹ est, aget actiõe ex stipulatu ad interesse quãti sua interest creditori, vel procur. fuisse solutũ: vt C. de iour. stil. l. si & ff. de ver. ob. l. liber hõ. §. si. & C. de do. l. cũ res. Vel sm̃ nos aget certi cõdi. ad interesse, quod promisimus. 3. de verb. obli. in prin. Acc.

Versa vice. CASVS. Supra dictũ est. ꝙ si aliq̃s alteri stipulet̃, nõ valet stipl̃o, nisi fuerit stipulat⁹ sic, si ita nõ factũ fuerit, vt in stipl̃one cõprehẽsum est, in casu prĩo. Nã si aliquis promiserit aliũ aliq̃d facturum, & stipulatur: non valet promissio, nisi pœnam promiserit, si illud non fecerit alius. h. d. Fran.

p Versa vice. Ad superiorem §. alteri.

q Pœnam. Sed & tunc ad pœnam tantum tenetur. & facit 3. eo. l. si quis alium.

item

† Cui nõ possit adijci pœna. vide hic p Ange. ex snia Iac. But. Bart. Ioã. And. in 3. co. ad medi. vers. solet eẽ du.

† Rõ q̃a hic deest causa finalis ob quã modus stipl̃onis adhibẽd⁹ est: q̃a q̃s stipulat̃ qđ sua interest. Egid. Per.

Pœna ex pacto nõ põt peti.

Quis & quæ, substãtiam significãt.

1 Dic ꝙ ibi loquitur in pœna legali, q̃ nõ excedit quadruplum, sed nos loquimur I pœna cõuentionali, q̃ põt excedere quadruplũ ex dispositione cõtrahentiũ. minus etiã agit̃ cũ lege quam cũ hoïe: vt l. si eũ dies. §. fi. & l. sequ. ff. de arb. Christop.

Item nemo. CASVS. Aliquis promisit tibi fructum fundi in futurum, valet ne huiusmodi stipulatio? Et respon. Iustinia. quod non. Nemo. n. rē suam futuram, in eum casum quo sua sit, vtiliter stipulatur hoc dicit. Franciscus.

ipse promiserit.

Nemo potest stipulari rem suam. Aret.

Itē nemo rē suā futurā, [a] in eum casum, quo sua sit, [b] vtiliter stipulat. [c]

Inutilis est stipulatio, si in re, quæ in stipulationem deducitur, dissensus versetur.

Si de alia re stipulator senserit, de alia promissor: perinde nulla cōtrahit obligatio, acsi ad interrogatum rñsum nō eēt: veluti si hominē Stichū à te quis stipulatus fuerit, tu de Pamphilo senseris, quem Stichū vocari credideris. [d]

Stipulatio turpis, vel ex turpi causa descendēs non valet. Aret.

Quod turpi ex causa promissum est, [e] veluti si qs homicidiū, vel sacrilegiū se facturum promittat,

[a] Futuram. vt partum ancillæ, vel fœtum animaliū suorum, quæ sua futura sunt, vt i. de rer. diui. §. item ea. Item multo magis nō stipulerut rē. quę nūc est sua, vt sup. eod. §. 1.

[b] Quo sua sit. Hoc ideo, quia in eo casu quo sua futura nō est, valet stipulatio. ff. de ver. obli. l. si rem meam. Acc.

[c] Stipulat. Scilicet dari. & id. quia qd' suum est, amplius suum fieri non pōt vt j. de act. §. sic itaque. restitui nō possum stipulari: vt ff. de ver. ob. l. nemo. j. respond. & ff. vsufructu, quemadmodum cau. l. 1. §. sed quod diximus.

Si de alia. CASVS. Stipulatus sui à Titio in hunc modū, Promittis mihi animal? intelligens de equo. & ipse respon. Promitto, intelligēs de asino. valetne stipulatio? Et rñ. do. Insti quod non. Cum. n. de vna re senserit stipulator, & de alia promissor perinde nō valet stipulatio, acsi ad interrogatū responsum non esset: & hoc dicit. Et istum § bene intellige, nisi diuersitas illa placeat stipulatori: quia si sic, bene valet stipulatio. h d. Fran.

[d] Crediderit. Hoc est verum, qñ certum est eos dissensisse, vt ff. de ver. obl. l. cōtinuus. §. j. aliàs aūt si potest ſm vtriusq; intellectū valere, valet ſm intellectū promissoris: vt ff. de ver. obl. l. qui ea pluribus. & l. stipulatio ista §. eum qui. [t] Nec obest quod dicit minorem præstari debere: vt ff. de leg. 1. l. apud Iulianum. §. fero quia minor est, quam dare vult promissor: vt j. de act. §. præterea. Si autem secundum vnius intellectum tantum valere pōt, ſm eius intellectū valet. vt hodie dare mihi Bononiæ decem promittis? si. n. de hac Bononia in qua sumus intelligatur, valet, alias non: vt j. de verb. ob. l. quoties in stipulationibus. & de reb. dub. l. quoties. 2.

[t] Nisi fauorabiliº esset tertiū stipulatorē interpretari l. i ambiguo. ff. de reg. iu.

Quod turpi. CASVS. Stipulatus sui sic, Promittis mihi decē, si Titiū occidero, vel si furtum fecero? valetne hmōi stipulatio? rñd. quod non. Quod. n. ex turpi causa promissum est &c. Franc.

[e] Promissum est. Siue dicam, Promittis homicidiū facere? siue dicam, Promitto decem, quia promittis facere homicidium: vt ff. de ver. ob l. generaliter.

[f] Non valet. Huiusmodi. n. conditiones turpes, impossibiles psumunt à iure: vt ff. de condi. insti. l. si filius. vñ nō valet stipulatio vt i. eo § si impossibilis. Circa qd' tñ dic, quod aut ipsum qd promittitur, est turpe, vt facere homicidium & tunc non valet. nec ēt pœna apposita, vt ff. de verb. obli. l. gñaliter. & l. veluti. & l. si plagij. Idem dico, etsi sub cōdōne turpi, vt hic Aut si honestū promittat, sed tñ turpiter, vt dare decē, sed p metum vel p dolū: tūc valet quidē promissio facta, sed exceptione elidit: [*] vt C. de inuti. stip. l. dolo nisi in casu, vbi ipso iure nō valet promissio facta p metū, vt ff. qd met. cau. l. si mulier §. dos. secundū Ioan.

[*] Vel per indi. officium rescindit. l. si dolo. C. de inutil. stip. & l. inter positas. C. de trāf. l. si. §. j. ff. qd met. caus. qd hī in l. eleganter. ff. de dol.

non valet. [f]

Stipulatio cōditionalis transit ad hæredes stipulatoris, et promissoris. Aret.

Cùm quis sub aliqua cōditione stipulatus fuerit, licet ante conditionē decesserit, postea existente conditione hæres eius agere pōt. [g] Idem est & ex promissoris parte.

Qui promittit certo tēpore dare: nō pōt cōueniri, nisi totus terminus sit elapsus.

Qui hoc anno, [h] aut hoc mēse dari stipulatus est, nisi omnibus partibus anni, vel mensis præteritis, [i] nō rectè [†] petet. *Promissori datur tempus habile ad soluendū. Are.*

Si fundum dari stipuleris, vel hominem, non poteris continuò agere, nisi tantum spatium præterierit, quo traditio fieri

Cū qs. CASVS. Stipulatº sui à Titio dari mihi decē, sub aliqua cōdōne. añ, quā existeret cōdō decessi postmodū existente cōdōne, quæro vtrum meus hēs agere possit ex ista stipulatione? Et rñd. Iustin quod sic. Eodē modo, si me stipulatore viuēte demū añ cōdōnis euētū decedat promissor postmodū si existat cōditio, poterit agere cōtra hæredes promissoris. Franc.

[g] Agere pōt. Hoc in contractibus. vt hic. & i. de verb. ob lig. §. ex conditionalig. aliud in relictis. vt C. de cadu. toll. §. si autem aliquid. & ff. de manu. test. l. si ita scriptum fuerit. in si. legis. Et facit ad hunc §. ff. de periculo & commo. rei vē. l. necessario. §. quod si pendente. j. respon.

[†] Nota quia hoc tps fauore promissoris, vñ debet interpretari in eius fauorem, vt demū anno fini to teneatur, secus si dixisset annuū promitto qa hoc tēpus est appositum fauore stipulatoris. Egi. Per.

Stipulatio an vitietur pp turpitudinem.

Solutio qñ fiet, si hoc anno promissum sit.

Qui hoc anno. CASVS Stipulatus sui à te dari mihi decē hoc anno, vel hoc mēse, quæritur qñ possim istā decē, petere? Et rñ impet. quod omnibus partibº anni vel mensis præteritis possum petere, aliud aūt est, si stipulatus sui mihi dari aliquod annuum, quia tūc in principio anni potest peti. h. d. Fran. de Are.

[h] Qui hoc anno. i. qui stipulatus est his verbis. Promittis hoc anno vel hoc mense. Et nota quod iste §. est lex. ff. de ver. ob. & incipit. qui hoc anno. Acc.

[i] Præterit. i. elapsis. sed secus est in relictis fauore vltimæ volūtatis nā in capite anni pstatio fit: vt C. qñ di. leg ced. l. j. vel distingue, aut promittit p hęc verba, hoc anno, vel quolibet anno. & tunc in fine anni fit solutio: vt hic, & ff. de ver. ob. l. q hoc anno. & l. cū qui certatū. Aut annuū, & tunc in capite anni fit solutio, siue legatum sit, siue in cōtractu fiat promissio ſm Io & B vt ff. de condi. & dem. l. si in annos. & ff. qñ di. leg ced. l. nec semel. Vnde versus. Annua si debes, tunc inspicies caput anni: Anno si debes, in fine teneberis anni. Sed quid si vsque ad forum tem promiseris? Videtur quod statim incepto foro possit agi: vt ff. ad Treb. l. qui filium. §. Sabinus.

ADDITIO. Et hanc ap. Ang. hic, pp dictionem vsque, quæ de proprio significato excludit vt l. 1. ff. de pig. act. secundùm Ang.

Si fundū. CASVS. Promisi fundū & hominem purè. quæro ergo cū ista stipulatio sit pura, verū ex ea incōtinenti possim agere? Et resp. Iusti. quod nō. nisi tantum tempus præterierit, quo traditio fieri possit. & h. d. Super aūt isto tx. solebat aliquādo à quibusdā fieri tale quæstio. quare apud antiquos ista stipulatio. promittis mihi pridie q moriar, erat inutilis, hæc aūt, Promittis mihi

mibi x. cum moriar, apud antiquos erat vtilis? q̃dã istud quare reputat̃ ꝑ irrita, cũ ius antiquũ hodie sit correctũ. sic tñ respõdetur. Incertior est dies mortem præcedens, quã dies mortis dicat°, vt s plurib. & ꝓpter maiorẽ incertitudinẽ dies proxima morti dicebatur apud antiquos sti pulatio in diẽ proximã morti: nõ sic aũt in diẽ mortis. Franc.

a Fieri possit Cum commodo promissoris: vt ff. de ver. si. l. nepos Proculo nec tamen nimiũ expectaretur, licet prius nõ possit soluere: vt ff. de verb. obli. l. continuus. §. illud. Item & si incõtinenti potest, nõ tamen iõ statim exigitur: vt ff. de sol. l. quod diximus. Quoddã ergo tempus mediũ eligimus. s. x. dierũ. secundum quosdã: vt ff. de constit. pe. l pro missor. vel die arbitrio iudicis. cũ lege nõ sit determinatũ: vt ff. de lor. delib. l. j. in si qui iudex statuet tẽpus quoddã. nec nimiũ, nec minimum: vt ff. de sol. l. tauũ. & tẽ ra. hã. l quo enim §. j. & j̃ de off. iud. j. rñ. Item nunquid idem in quãtitatibus, quod in speciebus hic dicitur? Resp. non, imo tempore tanto quantum iudicatis datur, expectatur, vt ff. de iudi. l. si debitori. §. qua. uor mẽsiũ. 2 vt C. de vsur. rei iudica l. ij. secundum quosdã. vel verius dic: vt no. ĩ. de ver. obliga § omnis. in glo. j. statim &c.

Promissor an statim conueniri possit.

Quibus pendentibus capi peterit, nisi satisdet q̃ adueniẽte termino satisfaciet: nec interim compẽsare, vel aliqd opponere poterit, quia tale tẽpus miseratio nis causa cõceditur secũdũm Ang.

possit.

TITVLVS XXI.

DE FIDEIVSSORIBUS.

Quandoquidẽ nõ semper ei qui ꝓmittit tutũ est credere, cautius erit aliũ assumere, qui obligationẽ illã in se recipiat promissore quoq; remanente obligato, quẽ fideiussorem à fide promissa appellamus, qui quidem cuius obligationi vtcunque contractæ, etiam si naturalis tãtùm sit, accedere potest.

PRo eo, qui ꝓmittit, b solẽt alij obligari, q fideiussores appellanẽ: quos hoĩes c accipere solẽt, d dũ curãt, vt diligẽtius sibi cautũ sit. e

Omni obligationi accedere potest fideiussor, et ciuili tantùm: & naturali tantùm: & non tantùm pro homine libero, sed etiã pro seruo. Aret.

In oĩbus aũt obligationib° f adsumi pñt. i. siue re, siue verbis, siue literis, siue cõsensu g ɔ̃cte fuerint. At nec h illud qdẽ ĩterest, vtrũ ciuilis, i an naturalis k sit obligatio, cui l adijciẽ fideiussor: adeo m qdẽ, vt ꝓ seruo n quoq; obligeẽ, o siue extraneus sit, qui fideiussorem à seruo accipiat,

DE FIDEIVSSORIBVS.

Continua sic, Visum est de ijs, qui principaliter obligãtur ex pluribus contractibus. Verùm quia, vt hic dicit textus in principio, pro eo qui obligatus est, solet accedere fideiussor: ideo post illos titulos subijcitur iste de fideiussoribus. Aretinus.

PRo eo. Totus iste ti. diuiditur ĩ v. partes. Primo qualiter fideiussores accipiuntur. Secũdo ĩ qua obligatiõe accedere possũt. Tertio quãdo sũt plures fideiussores, an insolidum vel pro parte quilibet obligetur. Quarto, q̃ non potest fideiussor obligari, quam principalis, & quãdo dicitur in plus obligari. Quinto, quando solẽnitas intrinseca præsumitur. Secũda ibi, in oĩbus. Tertia ibi, si plures. Quarta ibi, fideiussores. Quinta ibi. In stipulationib. CASVS. Quæsiui à iusti. vñ procederẽt fideiussores, siue ortũ haberẽt (Certè dicit ipse, sępè cõtingit. q̃ vnus principaliter obligaẽ & alius pro eo introducẽdo obligaẽ, q fideiussor appellatur. & fideiussores istos accipiunt creditores, dũ curant vt tutius sibi caueatur. Fran.

b Promittit. Scilicet principaliter. s. per stipulationem. & idẽ si quocunq; alio modo quis obligetur: vt j̃. eo. §. j. & ff. eo. l. j. Nunquid autem accessoriæ obligationi accedere fideiussor potest? Resp. sic: vt ff. eo. l. Grece. §. si & de pign. act. l. si rem. § j.

c Quos homines. Idest fideiussores.

d Solent. Scilicet creditores.

e Cautũ sit. Et ẽ cautũ sine dubio: vt j̃. de repli. §. si.

ADDITIO. Vnde plena cautio dicitur cũ fideiussorib°, sed plenior cũ pignorib°, simpliciter verò prolata ab homine intelligitur sina fideiussorib°: secus si à lege vel à prętore, nisi procederet vltra declarando nudam cautionem sufficere. Ang.

In omnibus. CASVS. Quæsiui ab Imperatore, an fideiussor accipi possit solũmodo à debitore, qui est verbis obligatus? Resp. dicens quòd fideiussor potest accipi in omni obligatione, siue sit obligatio contracta re, siue verbis, siue consensu: & plus dico, q̃ fideiussor potest dari pro obligatione ciuili tãtum, & pro naturali tantum, & pro ciuili & naturali: vnde cum seruus domino suo possit naturaliter obligari: potest & dare fideiussorem domino suo in id, quod ei naturaliter debet. & etiam extraneo: & erit ille fideiussor à seruo dat° domino naturaliter & ciuiliter obligatus: licet tñ debitor principalis sit tñ naturaliter obligatus: quod mirum videẽ: cũ plus non debeat esse in accessione, quã in principali obligatione: vt j̃. e. ti. §. fideiussores. Ad quod respõdet quod plus loco, vel tẽpore, vel re, vel causa nõ potest esse ĩ fideiussore. quã in principali debitore: tamẽ circa illud idẽ qđ debet principalis debitor, potest esse efficacior obligatio fideiussoris, quam principalis debitoris. Fran.

f In omnibus autem obligationibus. idest in omni specie obligationũ, dũmodo nõ sit cõtra legẽ: vt ff. eo. l. cum lex. Sed cõtra. C. ne fideiuss. do. den. l. j. Sol. illud speciale est. 3 Item in præsentib. & futuris negotijs potest accedere fideiussor: vt ff. de iudic. l. non quemadmodum. & j̃. eo. §. fideiussor.

g Consensu. Siue etiam ex maleficio vel quasi: vt ff. eo. l. Grece. §. sed & si ex delicto.

h Nec. Idest. non.

i Ciuilis. Scilicet tantum. vt pro eo, qui fuit confessus spe futuræ numerationis: vt j̃. tit. proxi. habet tamẽ eandem exceptionem, quam reus. vt C. de nõ numera. pecu. l. penul. in fine. & l. iã mandatori. Et sic nota, ciuili tãtum obligationi accedere fideiussorẽ: vt hic. & dicta l. dicitur. & ff. eodem. l. fideiussor obligari § 2.

k Naturalis. Scilicet vt pro seruo, vt subijcit. & eo. l. fideiussor. § fideiussor accipi. ergo quantum ad dationem fideiussoris nõ interest, sed quo ad alia multa interest. s. inter ciuilem & naturalem obligationẽ vt ff. de const. pec. l. j. §. debitũ. & l. quod si maritus. §. si quis autem. Accurtius.

l Cui. Scilicet obligationi.

m Adeo. Idest, in tantum.

n Pro seruo. Qui seruus de iure naturali tenetur tãtum non ciuili: vt ff. de condi. inde. l. si id quod. & ĩ. de lib. § j & ĩ. de inutil. sti. §. itẽ inutilis. & huic naturali accedit hic fideiussor. At ipse seruus fideiubere nõ potest: vt ff eo l. seruus initio & l. seq.

o Obligetur. Fideiussor. Qui pro eo intercedit.

3 Hoc verum in fideiuss. de dote conseruanda ꝓpter pẽdiã cuiusdam inter eos: vt ibi dicit text. quid autem de dote restituenda, vide in l. cõstante. §. quoties ff. sn. ma. Angel.

Seruus el uelitet ne quit obligari.

siue ipse dñs [a] in id, qđ sibi naturaliter debetur.

Obligatio fideiussoria est trãsitoria ad hæredẽ. Ar.

Fideiussor nõ tm̃ ipse obligatur, sed ẽt hęredem reliquit obligatum. [b]

Fideiussor potest adhiberi: etiam pro futura obligatione. Aret.

Fideiussor & p̃cedere [c] obligationẽ, & sequi põt.

Si plures sint fideiussores pro eodẽ interuenietes, in solidũ tenentur singuli: diui tamen Adriani beneficio si omnes litis contestatæ tẽpore soluẽdo existãt, in viriles scinditur debitum: quod si vnus fideiussorum neglecto diui Adriani beneficio solidum debitum exoluerit: frustra à confideiussoribus viriles repetere nitetur: sed ei cũ principali debitore experiendum est.

Si plures sint fideiussores, quotquot erũt numero, singuli in solidũ tenentur. [d] Itaq; liberũ est creditori, à quo velit solidũ petere. Sed ex epistola [e] diui Adriani cõpellitᷣ creditor à singulis, quod mõ soluẽdo sunt litis contestatæ tpe, partes [f] petere. Ideo que si qs ex his fideiussoribus eo tpe soluẽdo nõ sit: hoc cęteros onerat. [g] Sed si ab vno fideiussore creditor totũ cõsecutus fuerit, huius solius detrimẽtum erit, si is, [h] pro quo fideiussit, soluẽdo non sit: & sibi imputare debet, cùm potuerit iuuari [i]. ex epistola diui Adriani, & desiderare, vt pro parte in se detur actio.

Fideiussoria obligatio accessoria est principali, quo fit vt maior principali esse nequeat: minor autem queat.

Annota illud vulgatũ. Qui citò dat, bis dat.

Fideiussores ita obli-

a Dominus. Non idẽ contra, vt dominus seruo possit fideiussorẽ dare. Et est ratio, qa talis fideiussor obligãdo se seruo per consequens domino obligat. Itẽ pro eodẽ & domino obligatur: quod rẽ nõ potest, vt idem pro eodẽ, & apud eundẽ possit obligari. vt ff. e. l. si quis pro eo. §. j. & l. Vranius. & ff. ad Vellia. l. tutor Accursius.

Fideiussor, an sẽper relinquat hęredem obligatum.

Fideiussor. CASVS. Si aliquis pro debitore aliquo fideiubeat, non solum ipse est obligatus, quã diu viuit sed etiam si decesserit, relinquit hæredẽ obligatum. & huius ratio est: quia ex cõtractu teneiur hæres

b Relinquit obligatũ. Siue hoc dictũ sit siue nõ. & idẽ in oi obligatione ex cõtractu, vel quasi in ipsa re principali: vt hic, & ff. de act. & obli. l. ex contractibus. Sed quid si ad pœnam furti obligatus est, vel alia actione, vel obligatione, quę nõ transit ad hęredes? Respon. Non puto teneri ex hoc casu hæredem, quasi naturam mutet hoc casu stipulatio: vt argu. ff. si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarũ. & j. de act. §. fuerat aũt. [1] & facit ad hunc §. ff eodem. l. iiij. §. finali.

[1] Hoc verum intellige quando simpliciter pro illa actionẽ vel delic. fideiubet secus si pro pœnam, vel certã summã, licet pro delicto cõmiserit vel pro eo quod iã erat cõdemnatus: qa cõtra hæredẽ trãsit: nisi sub cõdictione promisisse. t. Io. Fa. & Auge.

Fdeiussor. CASVS. Pone quòd aliquis ita fideiussit pro Titio. Fideiubeo pro Titio tu in id quod sibi credes, vel in id quod sibi credidisti: valetne talis fideiussio? Respo. quod sic & hoc est. quod in istis duobus §§. dicitur. Francisc.

c Fideiussor & p̃cedere. Puta fideiubeo in id quod sibi credes, vel credidisti, vel credis. Nam in his tribus temporibus potest accipi, vt hic, & ff. de vsufru. earum rerum, quæ vsu con. l. quoniam. §. fi.

Si plures. CASVS. Pone, quod pro quodam debitore penes suum creditorẽ quatuor fideiusserũt. nũquid isti plures fideiussores tenẽtur insolidũ? Resp. Iusti. quod sic. & liberum est creditori à quo petat, si velit exigere solidum, de rigore iuris primitiui: sed postea inuenta fuit epistola diui Adriani, in qua cauet, quod inter omnes fideiussores, qui sunt soluẽdo tempore litis cõtestatæ diuidatur obligatio. sed si tẽpore litis contestatæ vnus inueniatur non soluẽdo, cæteros onerat: Sed pone, cũ quatuor sunt fideiussores, quod vnus conuẽtus à creditore, solidũ soluerit quid iuris in illo casu? Respon. Iusti. quod si principalis debitor non sit soluendo. hoc erit suum detrimẽtũ. & sibi debet imputare, quare totũ soluit: qa potuisset se iuuisse epistola diui Adriani. h. d. Franci.

d Tenentur. Idem est in pluribus mãdãtibus, vel in bentibus: vt ff quod iussu. l. fi. Sed videtᷣ iure nouo, quòd pro parte sua tantũ quilibet teneatur ipso iure vt iam non sit necessaria epistola, de qua subijcitᷣ hic nisi expresse in solidũ promittatur: & sic videtur cõtrarij qđ hic dicitur: vt in Auth. de duo. reis. §. j colla. vij. Vel verius (vt puto) dicta auth. loquitᷣ in pluribus reis debẽdi: in quibus ẽt iure veteri videtᷣ fuisse cautum, vt pro partibus tenẽatur: vt ff. de duo. re. l. reos. At secus sit in fideiussoribus, quorum quilibet tenetur in solidum, vt ipse reus pro quo intercedit. & ita habebit locũ epistola hodie, vt olim.

ADDITIO. Et ista cõmuniter approbatur. Adhibentur enim isti pro securitate creditorũ. eo. in princi. secus in duobus reis & ideo &c. Io. Fab. & Ang.

e Ex epistola. Sed vbi est hæc epistola? Responde, non habemus eam scriptam: multoties tñ de ea mẽtionem facit lex, vt hic, & C. de consti. pec. l. fin. & ff. eod. l. inter fideiussores. & l. seq.

f Partes. Hæc tamẽ epistola fallit in v. casibus: vt in fideiussoribus tutorum qui non implorant beneficium, licet tutores implorent: vt ff. rem pup. saluam fore. l. fina. & ff. de tut. & ra. distra. l. j. §. nunc tractemus. Item. fallit in fideiussore fideiussoris: vt ff. eod. l. si plures §. fi. Itẽ fallit, quãdo cæteri fideiussores soluẽdo non sunt tpe litis cõtestatę: vt infra subijcit statim. Itẽ fallit, quãdo eiusdẽ summę sunt fideiussores, sed non pro eodem debitore: vt ff. eo. l. si à Titio. Item & quando infitiatᷣ: vt ff. eo. l. si dubitet. §. ita. Sed nũquid hęc exceptio epistolę est perẽptoria vel dilatoria? Videtᷣ perẽptoria: quia prorsus perimit id quo opponitur. Itẽ ecõtra videtur dilatoria: qa ante litẽ contestatam opponi debet, vt hic quare videtur dilatoria: vt C. de prob. l exceptionẽ. Sed dico eã quasi anomalã, cũ nec perẽptorias prorsus imitetur, quæ vsq; ad sniam opponuntur: nec dilatorias, quæ tantum differunt: vt j. de excep. §. hæc exẽpli. & C. sen. rescin. non poss. l. peremptorias. [a] Sed quid si soluit, nunquid repetet quasi sit fauorabilis exceptio? Vt quod sic, vt in Velleia. vt ff de condi. inde. l qui exceptionẽ. & ff eo. l si contendat. Sed cõtra dico: quia nõ inuenio, quòd sit sic fauorabilis, & quia suum recipit: vt ff. de condi. inde. l. repetitio.

Exceptio diuisionis fallit in quinque casibus.

Exceptio epistolæ diui Adriani ẽ anomala.

[a] Tu dic, quod ẽt vsq; ad sniam potest opponi: vt no. in gl. i l. fideiussor. C. eo. an autem post sententiam vide Aug. hic.

g Onerat. Argu. contra ff. ad leg. Rhod. de iact. l. ij. §. si quis Accursius.

ADDITIO. Solu. ibi non erat fideiussor obligatus, nisi pro sua parte.

h Si is. Scilicet reus.

i Iuuari. Facit ff. eo. l. vt fideiussor.

Fideiussores. CASVS. Quæsiui à Iustinian. verũ fideiussores ita possint obligari, quod plus debeãt, quã debeat debitor principalis? Et rñd. Iustin. quòd non.

Obli-

gari non possunt, vt plus debeant, quàm debet is, pro quo obligãtur. [a] Nã eorũ obligatio accessio est principalis obligationis: nec plus [b] in accessione pōt esse quã in principali re. At ex diuerso, vt minus debeant, obligari pñt. † Itaque si reus decem aureos promiserit, fideiussor in quinque rectè obligatur, contra [c] verò obligari non potest. Item si ille purè promiserit, fideiussor sub conditione promittere potest: contra [d] verò non potest. Non solum autem in quantitate, sed etiam in tempore minus, aut plus intelligitur. Plus est enim [e] statim aliquid dare, minus est post tempus dare.

Fideiussor soluens pro reo, habet contrà eũ mandati actionem. Are.

Si quid autẽ fideiussor pro reo soluerit: [f] eius recuperãdi cã habet cũ eo mãdati iudiciũ. [g] Græcè [h] ẽt fideiussor ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω λέγω. † sed & si dixerit θέλω, * siue βούλομαι, * sed & φημί: * pro eo erit, ac si dixerit, λέγω. †

Solennitas intrinseca interuenisse præsumitur, quandoque scriptura verba apta sunt illam comprehendere.

In stipulationibus fideiussorum, sciendũ est hoc generaliter accipi: vt quodcunque scriptũ sit quasi actum, videatur ẽt actum. [i] Ideoq; constat, si quis scripserit se fideiussisse: videri omnia solenniter [k] acta. [l] †

Obligatio.n.fideiussoria accessoria est princi.obligationi. Plus n.non debet esse in accessione, quã in principali oblone: sed econuerso bene pōt esse. Si.n. principalis debitor obligetur in decem, bene pōt fideiussor obligari in quinq., q fideiussor obligetur in viginti hoc esse nõ posset. in versi. Itẽ si ille, casus est talis. Supra dixi, q in maiori quãtitate nõ pōt teneri fideiussor, q̃ debitor pricipalis. Idẽ dico in tpe: nõ enim pōt esse, q fideiussor teneat pure qñ principalis debitor sub cõdõna obligat: q a sic i plus teneret fideiussor, q̃ debitor pricipalis: q a pl⁹ intelligit nõ solũ i quãtitate, sed ẽt i tpe min⁹ & pl⁹ intelligit. ecõuerso aũt nõ pōt obligari pure. hoc dicit.

Cōcor. l. fideiussores & l. in parté. ff. eod.

[a] Obligantur. Sed nũquid in idipsum in quo re⁹ tenetur, saltẽ remanat obligatus: qñ in plus fideiussit? Quidã dicũt q sic. pro qb⁹ est hoc gñale. Vtile p inutile nõ vitiat: vt ff. eod. l. si à reo §. j. & C. de dnn. i. si qs argentum. §. sed in his omnib⁹. Nos cõtra. scilicet quòd in nihilo teneatur: & est pro nobis ff. eod. l. Græcè. § illud.

ADDITIO. Collige ex glo. duas opiniones Prima q vbi fideiussor fideiubet in plus, quã reus principalis debet, obligat p cõcurrente quantitate & p hac sententia allegat primo. l. si à reo. ff e. l. si hacte nus. in fi. ff. de consti. pecu. l. rogatus, in fin. ff. mãda. allegat vulgaris regula: Quia vtile p inutile vitiari non debet, regula iuris: vtile: lib. vj. Christopho.

[b] Nec plus. Contra hanc regulã est. ĩ. de rer. diui. §. si tñ rem alienam. item ff. de cõtrahe. emp. l. si in emptione, in prin. ibi, nec refert. itẽ ff. de solu. l. qui res. §. mihi decẽ. & §. qui stipulat. & §. mihi Romæ. Sed his omnib. da generalẽ solutionem, vt sic expo nas hanc literã, non plus esse pōt in accessione &c. .i. in accessoria obligatione, sm Ioan. item ꝯ ff de iud. l. non quemadmodum. Sol. ibi nõ est plus: quia licet fideiubeat ante reum, non tamen plus tenet. Item contra supra eod. §. j. versi. at nec. Sed ibi nõ est plus en modo, quo dicitur plus. Dicitur enim plus quatuor [a] modis, quorum nullus est ibi: vt ĩ. de act. §. plus autem. Accur.

[a] An aũt his quatuor modis ꝯiungat i. amplius fideiussorem, atq; reum obligari: vide hic p Ioan. Pla.

ADDITIO. Et est ratio: q a in dictis quatuor modis disparitas pueniᵗ ex facto stipulatoris: ideo sibi imputet. Disparitas vero in efficacia. seu substãtia obligationis ex iuris ordinatione prouenit, ideo sibi magis succurritur.

[c] Contra. i. si reus quinq; pmisit, fideiussor decẽ.

[d] Contra verò Si reus sub conditione pmittat, & fideiussor purẽ. Accur.

[e] Plus est enim. Facit ad hoc ff. de ver sig. l. si cui. §. si. & ĩ. de actio. §. plus aũt. & ff. de solu. l. solidum. & ff. sol. mat. l si constante. §. quoties. Accur.

Si quid. CASVS. Supra dictum est, q inter fideiussorẽ & creditorẽ est oblo verborũ, sed q̃ est oblo liter fideiussorẽ & principalẽ reũ? Et rñ. iust. q si aliquid fideiussor p reo soluerit, habet ꝯ eum actionẽ mãdati: & ita quãquam verborũ obligatio, q̃ est stricti iuris, sit inter fideiussorem, & principalẽ debitorẽ, est obligatio mãdati, q̃ est bonę fidei. Fran.

[f] Soluerit. Sine per iudicẽ, siue nõ: vt ff. mãdati l. idẽq;. §. fideiussores. Sed ẽt in casib. quatuor añ, quã soluat, agit mãdati: vt si hoc dictũ sit, vt ad ips teneat. Item si fuerit cõdẽnatus, item si cœpit bona sua dissipare reus, item si diu steterit fideiussor i obligatione: vt C. mãda. l. si p ea. & ff. mãd. l. Lucius. [t] aliàs nõ agit ante, qu m soluat, sed soluere debet: vt ff. de ꝯdi. indebi. l. indebitã. Sed ẽt in his casibus nullo mõ agit: vt si p inanito, aut donãdi animo, aut in rem suã fideiussit: vt ff. mãda. l. si remunerãdi. §. si passus. & l. si p ta præsente. Item si hoc actũ sit. vt non agam: vt ff. man. l. si remunerãdi. §. Marcellus. item si mandatum non sit obligatorium: vt ĩ. mandati. §. illud. Item & si fideiussor non opposuit exceptionem, quam debuit opponere: vt ff. mãdati. i. si fideiussor. Accur.

Fideiussor i quatuor casibus agit antequã soluerit.

† idest mea fide iubeo ago.

* .i. volo idest ꝯsulto volo.

idest, affirmo.

† .i. dico.

[t] intellige d' arbitrio indicis: sedm cõem opi ni. & not. q a d̃buit stetisse in oblone: nec sufficeret q stetisset i pmissiõe tñ. vl' fideiussiõe.

[g] Mandati iudicium. idest, actionem, si intercessit mandatum, vel etiam eo præsente fideiussit: vt ff. mandati i. qui fidẽ & l. ex mandato.

[h] Græcè. Facit ff. eod. i. Græcè. j respon. & ĩ. quibus mo. tolli. oblig. §. j. versic. sed & Græcè. & supra, de verbo. obli. §. verum autem. Accur.

in stipulationib. fideiussorũ. CASVS. Stipulatio aũt in fideius. pōt esse cauta, & nõ cauta: si aũt cauta nõ sit, vt si instrũm dicat, quod ipse pmiserit creditori interroganti, nihilominus omnia præsumuntur solẽniter acta, quasi interrogatio pmissionem præcessisset. h. d. vsque ad finem. Fran.

[i] Etiã actũ. q. d. sic ita dicit scriptura, ac si verè ita fuisset factũ, qđ forte fuit vel nõ fuit actum, certe p sumit p scriptura, vt sic videat actũ: & est hæc scriptura priuata. dicit. n. si quis se &c. & ex eã vnde incontinẽti pręiudicat, nisi ꝯ pbetur: vt ff de nõ nu. pec. l. generaliter Et facit ad hunc §. ff. de ver obl. l. sciendum: & C. de contra. stipu. l. j & ĩ. tit. § si scri pti. in scriptura aũt publica consistat ei standũ multo magis, nisi ꝯ pbetur: vt C. de proba. l. cum precib⁹. & in Auth. de fide instru. §. si vero moriatur. l prin. § coll. vj. [a] item nota hic pręsumi omnia solẽniter acta quod probant supradictæ leges Accur.

[k] Solẽniter. idest, ẽt interrogationem factã fuisse: quam necesse est præcedere: vt ĩ. de ver. obl. in principio. & C. de commit. stipu. l. j.

[l] Acta. Sed ꝯ. ff. de pub. in rem actio. l. quęcunque. §. fina.

Et alios casus adde ad istã gl. vt per Ang. hic. [s] No. sm Ang. hic. q falsitas instri, itẽ solẽnitas vel error scribẽtis pñt pbari p testes, item simulationes, dũmõ ꝯtra⁹ fuerit sina scriptis celebratus, li cet i scriptis redactus fuerit: aliàs si in scriptis sit celebratus nõ repro bat nisi p ꝯtrã scripturã. De qua mã vide ĩ ti. j. §. item verborũ. Ang.

† Sic ẽt psumit p tũta indicis, q sit solennitas

ista, vide tñ đ hoc in ca. qib ꝫ de pba. & in c. sicut nobis in glo. in ver expri maẽ. post medi. de te iudi.

§.fin.Sol.ibi sunt extrinsecę solẽnitates de tutore & iudice, qui debent adesse, cũ pupillus vẽdit. At hic actus ꝓmissionis nullus est sine actu interrogationis. Vnde ex quo dixi, fideiubeo, vel ꝓmitto, intelligit̃ interrogatio facta esse quasi pars ꝓmissionis: & sic ñ est extrinseca solennitas, cum sit pars stipulationis.

TITVLVS XXII.

DE LITERARVM obligationibus. †

DE LITERARum obligationibus.

† Sic C. de nõ nume. pecu.

Iste tit. continuatur ad praecedentia. Quia supra visum est de obligationibus quæ contrahuntur re & verbis: ideo nunc ponit de his, quæ contrahuntur literis. Aretin.

Qui se mutuum accepisse, numerationis futuræ spe, in scriptis cõfessus fuerit, nisi intra biennij spatiũ nõ numeratæ pecuniæ exceptionem obiecerit, postea literis effectualiter obligatur.

vsum amplexa est. Olim .n. si i rē agebat: satisdare possessor [a] cōpellebat, vt si victus esset, nec rem ipsam restitueret, nec litis æstimationē: potestas esset petitori, aut cū eo [b] agēdi, aut cū fideiussorib. [c] eius. Quę satisdatio appellatur Iudicatum solui. Vnde aūt sic appelletur, facilè est intelligere. [d] namq; stipulabat quis, vt solueretur sibi, quod fuisset iudicatum. Multo magis is, qui in rē actione cō ueniebatur, satisdare cogebatur, si alieno noie iudiciū accipiebat. Ipse autē, qui in rē agebat, si suo nomine petebat, satisdare nō cogebat. Procurator verò si in rem agebat, satisdare iubebatur rem ratam dominum habiturum. Periculum [e] enī erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur. Tutores verò, & curatores eodem modo, quo & procuratores satisdare debere, verba edicti [f] faciebant, sed aliquando his [g] agentibus satisdatio remittebatur. [h] Hęc ita erant, [i] si in rem agebatur. Si verò in personam ab actoris quidem parte eadem obtinebant, quæ diximus in actione, qua in rem agitur: [k] ab eius verò parte, cum quo agitur, siquidem alieno nomine aliquis interueniret: omnimodo [l] satisdaret: [m] quia nemo [n] defensor in aliena re sine satisdatione idoneus esse creditur. Quòd si proprio nomine aliquis iudicium accipiebat in psonam: iudicatum solui satisdare nō cogebatur. [o]

Suprascriptis satisdationibus exauthoratis, hodie reus, quamuis actione suo nomine conuentus, de lite ad finē vsque prosequenda quandoque satisdatione idonea, quandoque iuratoria cautione cauere debet.

Sed hodie hæc aliter obseruantur. Siue enim quis in rem actione conuenitur, siue psonali suo nomine, nullam satisdationem [p] p litis æstimatione

circa satisdationē in iudicio, siue q agbat noie suo, siue vt pcurator. Secūdo quid iuris sit hodie. Tertio extendit hanc legē ad omnes prouincias. Secūda ibi, Sed hodie hæc. Tertia ibi. Quam formam ✓.

CASVS. Modus satisdationis alius fuit olim, ali⁹ ē hodie. Apud antiquos ita erat olim, q quicunque cōueniebatur actione in rem, & suo nomine: ipse debebat satisdare sub hac forma, quod si vict⁹ esset, rem restitueret, vel litis æstimationē. & super hoc dabat bonū fideiussorem: & licebat petitori agere cum ipso reo, vel cum eius fideiussore, & ista satisdatio vocabatur olim Iudicatum solui, quoniam ponebatur pro iudicato soluendo: & multo fortius debebat præstare istam satisdationē, qui cōueniebatur in rem actione, & nomine alieno. Sed quid erat de eo olim, qui agebat actiōe in rē? Frater, aut agebat nomine suo: & tunc non cogebat satisdare, dominum suū rem ratam habiturum: Periculum enim aliàs erat ipsi reo, ne ipse dominus iterū ageret pro eadē re. Tutores etiā, & curatores, qui agebant actione in rem nomine pupillorum, vel adultorum, eandē satisdationem interponere solebāt. Sed quid erat olim in actiōe personali? Frater, in persona actoris idem intellige, qđ in persona rei. In persona tamē rei est differētia, q in persona li actione reus, si suo nomine ɔuenitur, nullā satisdationē præstat de iudicato soluendo. Si autē alieno nomine conuenitur in actione personali: tunc necesse habet satisdationem præstare de iudicato soluēdo: q in aliena re nemo idone⁹ defensor sine satisdatione intelligitur. h.d. vsq; ad illum §. sed hodie.

Iudicatū solui.

[a] Possessor. Suo nomine conuentus.

[b] Cum eo. Scilicet reo victo.

[c] Aut cum fideiussoribus. Ex fideiussione ✓.

[d] Facile est intelligere. Cum nomē sit consequens rei: vt ꝟ. de dona. §. est & aliud.

[e] Periculum. Facit ff. de proc. l. non solū. §. litē aut. & de iureiur. l. nam postea.

[f] Edicti. Scilicet prætoris: quod edictū nō habemus.

[g] His. Scilicet tutoribus, & curatoribus. Sed quādo hoc? Respon. forsè tunc. quādo erat testamētarij. vel datiui. s per inquisitionem. Nam tunc nō cauebant de rato: vt ꝟ. de satisda tu. in prin.

[h] Remittebatur. Scilicet de facto.

[i] Hæc ita erant. Hic non debet esse § sm lo. quia & quod sequitur, est de antiquitate ✓.

[k] Agitur, Vt suo nomine agens non caueat. aliàs caueat rem ratam dominum habiturum: vt ꝟ. e. §. ipse autem. & §. procurator.

[l] Omnimodo. s. siue cum mandato. siue sine mandato.

[m] Satisdaret. s. iudicatum solui.

[n] Quia nemo. Nota antiquam regulam, quæ et hodie bona est: vt hic, & ꝟ. eod. §. si verò reus. & ff. de proc. l. nō videt. & l. qui pprio. §. q aliu .n ✓.

[o] Non cogebatur. In hoc solo casu differebat ab actione in rem. licet per multa verba hucusque inter eos ostenderit differentiam ✓.

ADDITIO. Dicit Ioan Fab. q hæc glo. rectè loquitur: q supponit, q olim cōuētus actione psonali si satisdabat & idem dicit ff. de proc. l. si procurator meus, in gl. nō datur. sed contrarium dicitur in ii. iu. solui. p quo ff. de so. l. cum quis §. de peculio. secundùm Ang. Sed hodie. CASVS. In superioribus dixi, q cōuentus actione in personā, non tenebat iudi sol. satisdare: sed cōuētus in rē actione suo nomine satisdare tenebat iudicatū sol. Sed hodie aliud est. siue enim hodie aliquis conueniatur in rē, siue in personam, & suo nomine, nō tenet satisdare de iud. sol. sed tenet satisdare iudicio sisti vsq, ad terminū litis: & in ista cautione qnq. statur suæ promissioni cū iureiurando aliqñ suæ nudæ promissioni: aliqñ fit ista cautio per bonos fideiussores secūm qualitatem personæ, si fuerit extraneus. Si enim fuerit patronus vel parens quilibet fideiussor pro idoneo habetur. h. d. Franc.

Litis æstimatio. Iuratoria cautio.

[p] Nullā satisdationē. i. nullā promissionē p fideiussores facere. Nā satisdatio per fideiussores fit: vt ff. q sat. cog. l. j. nā nec d defendēdo: nec de dolo, q absit, nec iudicatū soluere promittit: quę tria ɔtinētur sub clausula hac. s. iudicatū solui: vt ff. iud. sol. l. iudicatū solui. nec vllam aliam. nisi vnā quā subijcit. Sed cōtra nunquid actor aliquam facit satisdationē? Dic, q duas. Primo, q litē cōtestabitur vsq. ad duos menses cōnumerandos à die libelli porrecti: vt in Authe. de exeu. & his. §. j. col. vij. quę est auth. C. de li. oblat. l. libellū. Aliā, q psistet vsq; ad finē. & si cōuictus fuerit iniuste se mouisse litē, decimā partē litis noie expensarū dabit reo: vt in Auth. de li. §. ad excludēdas, col. vij. quæ est in C. de epi & elc. auth. generaliter, quādoque

Satisdare, est promissionē per fideiussores facere. Satisdatio duplex ab actore exigitur.

doqua tamen hæ duæ ex consuetudine non seruantur, nec sunt in vsu. Accur.

a Pro litis æstimatione. Iudicatum solui. Accur.

b In iudicio permaneat. Hæc satisdatio appellat iudicio sisti: vt hic patet, & ff. qui satisd. cog. l. 2. §. prætor ait. in fin.

tione a. dare cópellitur: sed ꝑ sua tm̃ psona, ꝙ in iudicio pmaneat b vsq; ad terminũ c litis: † vel cõmittit suæ promissioni d cũ iure iurando, (quã iuratoriã cautionẽ e vocãt) vel nudã promissionẽ, f vel satisdationẽ ꝑ qualitate g personæ h suæ dare compellitur.

Totíes actoris procurator rati cautionẽ pstare dẽt, quoties de mãdato dubitatur: quod ẽt in procuratore eorũ locũ sibi vendicat, qui alienarũ rerũ administratores sunt. rei autẽ consensu procurator (ẽt mandato munitus) iudicatum solui satisdare debet: à quo satisdandi onere releuatur, domino iudicialiter, vel extra, eius nomine cum clausulis opportunis, & bonorum hypotheca, de iudicato soluendo fideiubente.

Sinautẽ p procuratorẽ, lis vel infertur: vel suscipitur: in actoris quidẽ psona, si nõ mãdatũ i actis insinuatũ, k. est, vel præsens dominus litis in iudicio procuratoris sui personam confirmauerit, l ratam rem dominum habiturum, m satisdationem procurator dare cõpellitur; eodem obseruãdo, & si tutor, vel curator, vel aliæ tales perso-

Et caue tibi in notãda differẽtia horum capitulorũ. hic enim primo loquitur, qñ immobilia nõ possidet: vt hic & ff. q satisd. cog. l. sciendũ est, in prin.

c Ad terminũ. Hoc est tẽpus definitiuæ sententiæ. Sed nunquid fideiussor tamdiu tenetur. s. quamdiu durat lis? Distingue aut fideiussit in certum tempus: & tunc tandiu tenet, & nõ vltra: vt C. de fideius. l. pe aut nõ: nec i causa publica, nec i scripsit: & tñc non tenetur vltra duos menses: vt dicitur d. l. pen. C. de fideius. Et est ratio: quia actor videtur sibi remittere, cum promiserit litem se contestaturum vsque ad duos mẽses: vt in Auth. de exe §. j. col. vij. Si autem in causa publica, vel in scripsit: tñc perpetuò, vel (quod est verius) vsq. ad tantum teneatur: tamen tãtum duret instãtia causæ: vt C. de iu. l properãdum in prin. Sed nunquid sub pœna fiet hæc satisdatio. R. h nõ, nisi cõueniat inter partes, sed interesse tantũ venit: vt ff. q satisd. cog. l. 3. §. fi. Sed si est promissa. & est statutũ tẽpus intra quod teneatur fideiussor. siquidẽ sex mensiũ est, intra alios sex menses poterit fideiussor morã purgare, si maius, non habet tñ nisi sex mẽses, intra quos pôt mora pœnæ purgari, si exhibeat reus: licet primum exhibitus si fuerit, q die vt C de fideiuss. l. antepe. 1 Sed quid si possidet immobilia tantũ, quæ valẽt. x. & conueniat in centũ: nunquid satisdabit? Resp sic. ad minus in eo, quod excedit: quia quod iuris est i toto quo ad totũ, idẽ erit in parte quo ad partẽ. vt ff. de acqu. hær. l. si seruus eius. & dixi in l. q de tota, in glos. dicta iunc. ff de rei vendi.

d Promissioni. Scilicet vbi possidet immobilia. Item propter priuilegiũ: vt C. de prin. agen. in re. l. fi. lib. xij de dig. l. quoties. eu. lib. item in casu, quãdo non possidet immobilia. vt C. vt omnes tam ci. quam eri. l. j. ibi, iuratoriæ tantum cautioni.

e Iuratoriam cautionem. Scilicet iudicio sisti.

f Nudam promissionem Repete, dare compellitur, vt œconomus, & alij clerici. vt in Auth. de san. epis. §. si quis autem pro pecuniaria causa. col. ix.

g Pro qualitate. Vt si sit parẽs, vel patronus rei, vel actoris: vt quia vocet patronum. vel parentẽ, tũc enim quilibet fideiussor pro idoneo accipit: vt ff. in ius voc. vt eant. l. j. ij. & iij. ff qui satisda. cog. l. iij §. ij. & § quod ait ꝑtor. Sed nũquid hodie indistinctẽ satisdãdũ est: vt in Auth de exhi & intro. re. § susce pio. col. v. quæ est in C de lit. contest. auth. offerat? Resp. illa, secundum distin. huius l. intelligitur. Nã posteriores per priores intelliguntur: vt ff. de leg. & se na. l. sed & posteriores.

h Personæ. Scilicet rei.

Sinautẽ per procuratorẽ. CASVS. Supra dictum est. ꝙ si aliquis suo nomine conuenitur, quòd nunquam satisdabit de iu. sol. sed solũ pstabit cautionẽ vsq; ad terminum litis. Sed quid si litiget p procuratorem? Frater, per procuratorẽ potest actor litigare, vel reus. Et primo videamus de illis, qui litigant per procuratorem ex persona actoris. tñc enim necesse est, quòd caueat de rato si dubitetur de mãdato. Si enim constet de mãdato: tunc non tenetur cauere de rato. sed qualiter poterit constare de mandato procuratoris? Frater tibi dico: de mãdato procuratoris constabit, si mandatũ est actis insinuatũ: vel nõ dominus litis in iudicio est præsens, & in iudicio pcuratoris personam confirmauerit. Idem obseruandũ est de tutore & curatore volẽte agere per procuratorẽ: & in alijs quibuscunq; personis alienarum rerum gubernationẽ habentibus: vt in gl. & sum in ver. Si vero aliquis. in quo pone casum hic. Iã habuisti quid iuris sit, quando lis infertur ꝑ pcurator actoris: modo videamus, quid iuris sit, quando lis suscipitur per procuratorem rei. Tunc enim pôt reus præsens esse fideiussor procuratoris sui corã iudice: vel extra iudiciũ potest esse fideiussor sui ꝑcuratoris pro omnibus clausulis contentis sub illo verbo iu l. iudicatũ sol ita ꝙ teneat ꝑ il à satisdationem & eius hæredes eius debet etiã cauere procurator rei, quia reus veniet ad iudicium tempore sententiæ definitiuæ, vel si non veniet, ꝙ soluet omnia, q in definitiua sentẽtia fuerint: nisi à definitiua ipsa fuerit appellatũ. h. d. Hæc tamen vltima cautio in persona rei hodie non habet locũ: nec etiã aliæ duæ in ꝑsona actoris. s. quod caueat se cõtestaturũ litẽ intra duos menses: & ꝙ idem soluet decimam partẽ litis, si succũbat. vnde ꝙ satisdetur. in l. cauetur, sed in vsu nõ habetur. Fraue.

i Mandatum. Extra in factum.

k Insinuatum. idest. coram iudice demonstratum.

l Cõfirmauerit Repete nõ. nã cõfirmare pôt. & tunc satisdare nõ tenet. vt ꝭ. prox §. aliàs est in itera. nõ.

ADDITIO. Nota, quod quãdo procurator agit præsente domino, & cõfirmante, non potest ꝑcurator repelli defectu mãdati vl' vbi domin⁹ mittat litterat aduersario vl' iudici: vt l. si ꝑcuratorẽ ff. de ꝑcu.

m Habiturum. idest, ꝙ dominus habebit ratũ, quæ cõmittit, quando dominus scit, & potest habere ratum, & nõ habet: vt ff. rẽ ra. ha l. quo enim. §. j & ff. de so. l. ratum. 2 vbi dicitur, ratũ aũt habere dominus debet, cum primum certior factus est Hic tñ distingue. an sit certum habere mandatum, & tñc nõ cauet: vt hic & C. de satisda. l. j. Aut certum est, quòd non habet: & tunc etiã cum satisdatione non admittitur: vt ff de nego gest. l si pupilli. §. fin. Aut dubiũ est: & tñc secundũ P. est in electione rei, vtrũ exigat pbationem mandati à procuratore, an satisdationẽ recipiat. & est pro eo arg. in Auth. de col. §. eos. in fin.

Quæ ad id qd interest cõmittit. l. 2. ff. q sat. cog. datur qz aduersus fideiussorem actio i factũ & certi condictio generalis ßm gl. i d. l. 2. §. fina. Et adde Bar. in l. 1. ff. iud. sol. 1 hoc an habeat executionem paratam aduersus fideiussorẽ sine notio processu. & Baldu in §. si verò re⁹.

† Theophil⁹ vertit. μέχρι τέλους. hoc est, vsque ad finem. & l. ita, vulgo hunc locũ interpretãtur. Sed an hæc interpretatio possit cõmode referri ad omnes fideiussores, vide hic p Frã. Balduí.

1 Intelligas dispositionem hui⁹ l. pcedere in casu suo, videlicet in stipulatione prætoria & iudiciali, si aũt i stipulat. de cõuentionali: vt ibi notant Bald. Ange. & Salic. & no.

Bart. in l. 4. circa fi. ff. de cust. reo quod not. ßm Ang.

2 Dic, ꝙ ist. stipulatio rati cõmittit vt ad interesse, & sic ad totale, vel particula te interesse: prout ratũ pro parte, vel nullo modo habett vt i l. ꝑcurator. ff. rẽ rat. ha. & no. gl. & Bar. in l. 4. §. Cato. ff. ver. oblig. Ang.

næ, [a] q̃ alienarum rerũ gubernationem recepe-runt, litẽ qbusdã p alium inferunt. [b] Si verò aliquis conuenit: siquidem præsens [c] ꝓcuratorẽ dare paratus est: põt [d] vel ipse in iudiciũ venire, & sui ꝓcuratoris plenã per iudicatum solui satisdationẽ solenni stipulatione firmare: vel extra iudicium satisdationem expo nere, [e] per quã ipse sui ꝓcuratoris fideiussor exi stat [f] ꝓ omnib. iudicatum solui, satisdationis clausulis, [g] vbi & de hypotheca suarum rerum conuenire compellit, [h] siue in iudicio ꝓmiserit, siue extra iudicium cauerit, vt tã ipse, q̃ hẽredes ei[9] [i] obligenẽ: alia insup cautela, vel satisdatione ꝓ ꝑsonam ipsius [k] exponẽda, [l] q tpe sententiæ recitandę in iudicium veniet: [m] vel si non venerit, omnia dabit fideiussor [n] quæ in condemnatione cõtinentur, [o] nisi fuerit prouocatum.

Quisquis absentis defensionem subire vult, eũ iudicatum solui satisdare operæprecium est.

Si verò reus præsto [p] ex quacunque causa non fuerit, & alius velit defensionem eius subire: nulla differentia inter actiones in rem, vel personales introducenda potest hoc facere: ita tamẽ, vt satisdationem [q] Iudicatum solui, pro litis æstimatione præstet. Nemo [r] enim secundum veterem regulam (vt iã dictum est [s]) alienæ rei sine satisdatione defensor idoneus intelligitur.

Experientia est rerũ magistra. Aretinus.

Quæ omnia apertius, & perfectius quotidiano iudiciorum vsu in ipsis rerum documentis apparent.

fin. col. ix. sed ibi non loquit. de ꝓcuratore: sed de exactore tributorum. Sed Ioan. Ʒ. Dicit enim in electione ꝓcuratoris asse, quod duorum istorũ facere velit: qa quoties ad duo quis alternatiuè tenet. ei[9] est electio: vt Ʒ. de actio. §. huic. Bul. ait distinguebat, vtrum diceret, non habes mandatum: & tunc ꝓbet mandatum. an dicat, dubito: & tunc satisdat. Sed Ioan. opinio verior est. Præstat ẽt aliã cautionem procurator actoris. C. de defendendo eũ prò quo agit: vt ff. de procura. l. seruum. §. fin. aliàs denegatur ei actio: vt ff. d ꝓcu. l. mutus. §. pœna.

[a] Personę. vt sunt patres I bonis filio rũ: vt C. de bo. ma. l. j. & de bonis q̃ libe. l. fi. §. vbi autẽ. Item orphanotrophi, & brephotrophi: vt C. de episco. & cle. l. orphanotrophos. Itẽ œconomi vel actores vł syndici: vt ff. quod cu. v. ni. no. l. j. § quibus. & l. nulli. & l. item. §. j. & C. de sa. san. eccle. l. iubemus. ij. circa princip. ibi. nulli œconomo. & C. de epis. & cleri. l. omnes qui vbique. §. hoc nihilomin[9]. Item apocrisarij: vt in Authent. quo modo opor. epis. §. & illud colla. j. Itẽ magistratus nomine municipij [t] vt C. de in. ꝑp. calum. dan. l. ij § j. Isti enim possunt inferre p aliũ litem: vt hic subijcit.

[b] Per alium Inferunt. s. per ꝓcuratorem: quod est intelligendum, si prius ipsi litem contestentur, & sic litium domini efficiantur: vt C. de procur l. neq; alias non: cum non domini. sed administratores sint: & procurator à domino debet constitui: vt ff. de ꝓcu. l. j. in pri. Sed si ipsę supradictę ꝑsonę agũt. nunquid de rato cauent: vel de iudicato soluendo, si conueniuntur? Respon. non: vt C. de admini. tut. l. tutores debita, & l sancimus. ij. §. defensionẽ. Sed tñ in tutore videtur dicere lex Ʒ. si sit incertũ de officio suo: vt ff. de admi. tut. l. vulgo. Sed certè ibi nõ dicit, q debeat de rato cauere: sed q reus damnum non subibit, ꝓpterea q iste non sit tutor. Sed quæ est ratio, q ꝓcuratores satisdant. sed supradictę personæ non? Rñd. qa supradictæ personę quasi domini sunt: vt ff. pro empto. l. qui fundũ. §. si tutor. & C de epis. & cle. l. orphanotrophos. sed in ꝓcuratoribus secus, quia non sunt domini verè, sed fictè: vt ff. de procu. l. j. in princ.

[c] Pręsens. Pręsentem accipe, etiam si sit in ortis, vel in cõtinentibus ædificijs: vt ff. de procura. l. pręsens. & l. qui in foro & l & ideo.

[d] Põt. l. debet [a] secundum quosdã. dicunt. n. q si dñs est pręsens & ipse tñ debet fideiubere pro procuratore suo. Si autem absens est, procurator potest & debet fideiussores suos dare. & facit ꝓ eis. ff. iud. sol. l. si ad defendum. & ff. de procur. l. qui ꝓprio. in princ. Vel dici potest, quòd etiam si dominus est præsens, tamen potest procurator dare suos fideiussores: cum etiam sine mandato quilibet possit alium defendere: vt C. de satisda. l. j. & C. de ꝓcura. l. exigẽdi. & ẽt inuitum: vt ff. de solu. l. solutionem. & ita ꝓpriè accipitur hoc verbum, potest.

[e] Exponere. Actori vel notario scribenti ꝓcurationẽ ex cui[9] stipulatione quæritur actori vel sua actio: vt ff. rem pupil. sal. fo. l. non quasi.

[f] Fideiussor existat. No. q domin[9] etiam extra iudiciũ potest pro suo ꝓcuratore fideiubere, & releuare eũ ab omni onere satisdãdi, fideiubendo pro eo notario, qui de suo mãdato est rogat[9]. vt l. si defunctus. in pri. ff. de procurat. Angel.

[g] Clausulis. Quæ clausulæ tres sunt. scilicet de defendẽdo reo: & de dolo quod abest, & qđ sonat ipsũ verbũ: vt ff. iu. sol. l. iudicatum solui. & hic dicitur.

[h] Compellitur. Per Iudicem. Accursius.

[i] Hęredes eius. Nam habet naturam hęc stipulatio, vt ad hæredes transeat, sicut illa iudicio sisti: vt ff. siquis cau. l. si eum §. qui iniuriarum ↄ.

[k] Ipsius. scilicet rei. Accur.

[l] Exponenda. A procuratore ↄ.

[m] Veniet s. reus, q litẽ prius cõtestat[9] est suo nõe.

[n] Fideiussor. Datus nunc à procuratore ↄ.

[o] Continentur. Ergo debet condemnari procurator præsens.

Si verò reus. CASVS. Intellexi §. pręcedentẽ in eo, qui præsens erat, & constituit ꝓcuratorẽ ad se defendendum. Si autem reus sit absens, siue conueniatur in rem, siue in personam, procurator eius debet satisdare iudicatum sol. pro litis ęstimatione: nec alio modo admittetur, quantumcunque bonæ famę fuerit: quia nemo &c. Franc.

[p] Præsto, s. post litem contestatam contra eum ↄ.

[q] Satisdationẽ. Nota, q siue interueniat ꝓcurator ante lit. cõtesta. vt ĩ. e. § si vero debet satisdare. siue postea: vt hic. & C. de consor. eiusdẽ li. l. ij Nec obst. quod dicitur, q debet fieri ante lit. contest. vt ff de ꝓcu. l. Pomponius. §. ratihabitionis, q a ibi interuenit ꝓcurator ante lit. contest. vbi autẽ postea interuenit, & postea [*] satisdat: vt dictum est.

[r] Nemo. s. ꝓcurator: vt ff. de ꝓcur. l. q ꝓprio. §. ij.

[s] Dictum est. Supra eodem. § ab eius.

Personæ alienatũ rerum gubernationem habentes.

Nota q magistratus municipalis ꝓ sua ciuitate vel municipio potest agere: vt est tex. in l iij. §. plane. ff. qđ vi aut clã. cũ ibi no ta. Ange.

Tutor an teneat cauere de rato.

Procuratores satisdãt nõ autẽ patres orphanotrophi.

[a] Põt. l. debet pro qua Inter prationa Mand. in proœ. Gl. Facul. in vet. debe-nt sic Ʒ debet pro põt, vt per eundem ibidem ↄ.

Defendit quilibet etiã sine mãdato.

Iudicatũ solui tres clausulas habet.

Et adde huiusmodi satisdationis effectũ esse, vt ꝓcurator ꝑcise cogat ad defendendum dominũ & iudicium suscipiendum. l. filiusfa. §. fi. ff. de ꝓcu. Item vt domini morte nõ finiat mãdatũ: vt l. si defunct[9]. ff. de ꝓcur.

a Regia vrbe. Scilicet Conſtantinopolitana. vel dic de veteri Roma. Accur.

b Caput. C. de veteri iure enuc. l. 1. §. nulla. & §. ſed & ſiquæ leges.

c Sequi. Imò nõ vr̃ inſpiciẽdũ, qđ ibi fiat: ſed qđ fieri debeat: vt ff. de offi. pſi. l. ſed licet. q̃ eſt ꝯ. Sed hęc ẽ intelligenda. qñ ex certa ſcia eſt conſuetudo, vel lex: nõ p errorẽ: vt ibi. & facit ad hãc ff. de le. & ſenatuſc. l. de quibus. Accur. ADDITIO. Hoc verũ, qñ lex tollit cõſuetudinẽ, aliàs vnaquæq; ciuitas abundat in ſenſu ſuo. & ſic obſeruare debet ſuã cõſuetudinẽ: & ex gñali pricipis pmiſſu inducere põt particulares ꝯſuetudines ẽt ꝯ leges, q̃b. ſtare dẽt: vt hr̃ in §. ex non ſcripto. ſ. de iu. na. gẽ. & ci. Quærõ tñ an in fideiuſſorẽ de iudicato ſoluendo fiat executio ſine nouo pceſſu. Et cõiter doc. dicunt q̃ ſic: vt in l. fi. C. de vſu. rei iud. & Bart. in l. j. ff. iu. ſol. per tex. in d. l. fi. vbi dr̃ ſtatim: q̃a dicto ſtatim, Iportat ſummariã cognitionẽ ſine ordĩe iudiciario, vt l. mométanea. C. vñ vi. dic vt in dictis iu tib. latius p doc. Ang.

Omnes ciuitates debent ſequi conſuetudinem ciuitatis Romanæ.

Quam formã non ſolũ i hac regia vrbe, a ſed ẽt in oĩb. noſtris prouincijs (& ſi pp imperitiã aliter forte celebratur) obtinere cenſemus: cũ neceſſe ſit, oẽs ꝓuincias caput b omniũ noſtrarum ciuitatum, ideſt, hanc regiam vrbem, eiuſq; obſeruantiam ſequi. c

TITVLVS XII.

DE PERPETVIS ET tẽporalibus actionibus, & q̃ ad hr̃des & in hæredes tranſeunt.

Quæcunque à iure ciuili inſtituta fuerunt actiones olim quidẽ perpetuæ erãt hodie verò certis ſunt finibus limitatæ: prætoriæ aũt ſi pœnales exiſtant, anno permuntur, dempta furti manifeſti actione: ſin rei perſecutoriæ ſunt, perpetuò dantur.

HOc loco admonẽdi ſum9, eas qdẽ actiones q̃ ex lege, d Senatusve cõſulto, e ſiue ex ſacris ꝯſtõnib. f ꝓficiſcunt, ppetuò † ſolere antiqtus cõpetere, donec ſacrę ꝯſtõnes tã i rẽ, quã i pſonã actionib. certos fines dederũt. Eas g verò q̃ ex ꝓpria p̃toris iuriſdictione pendent, plerunq; h

DE PERPETVIS &c.

Cõtinuatio. *Quia de actionibus eſt dictum: & quædam ſunt perpetuæ, & quædã non, ideo de his ponit: vt inf. eo. in prin. Item, quia quædã tranſitoria ſunt hæredibus, et contra hæredes: & de his ponit inf. eo. §. non autem Accur.*

ADDITIO. Sed melius reſideret iſte ti. Immediatè poſt tit. de actionibus, quia cõtinuatur à remotis nimium: cum non ſimus in prin. libri.

Diuiſio. HOc loco. Totus iſte tit. diuidit in tres partes. Pºio ponit regulã & exceptionem, ſ. quæ actiones ſunt perpetuæ. Secundo ponit regulam & exceptionem, ſ. quæ actiones ſunt tranſitoriæ ad hæredes. Tertio ponit nouum caſum. Secunda ibi, non autẽ omnes. Tertia ibi, ſupeſt.

CASVS. Scire debetis (dicit Iuſti.) q̃ q̃dã actiones erant olim prepetuę, hoc eſt, ſine tpis præfinitione durabãt: ſed hodie quædã ſunt perpetuæ, i. duratiuæ vſq. ad tẽpus à ſacris conſtitutionib. conſtitutum, hoc eſt, vſque ad triginta annos: cuiuſmodi ſunt illæ actiones. quæ deſcendunt à legib. & à ſacris conſtitutionibus Imperatorum. & ſenatuſ. ſed prætoriæ regulariter loquendo, & olim erant, & hodie ſunt annales: quia prætoris imperium & olim erat & etiam hodie eſt annale, & hoc dicit. Et caue tibi: quia pp hoc quod dicit litera, donec ſacræ cõſtitutiones tam in rem, quã in pſonam &c. nõ vult innuere. q̃ actiones in rẽ ſolæ erant perpetuæ: ſed hoc ideo dicit, quia tam in realibus quã in perſonalibus dederunt ſacræ conſtitutiones fines certos. & ſum in vet. Aliqñ. Sup. proxi. §. dixit Iuſti. q̃ plerumque ſunt annales prætoriæ actiones. Sed dic, quare dicitis vos, plerũq;. Et rñ. ideo, quia non oẽs p̃torias act. annales ſunt: ſed aliqñ ppetuę: hoc eſt vſq; ad tẽ nẽ ſacris conſtitutionib. ꝯſtitutũ duratiuæ: vt patet in bo. poſ. hæreditatis petitione. q̃ daſ ſuccedenti de iure p̃torio. Hæc. n. eſt ptoria & tñ ppetua, & idẽ i fideicõmiſſarijs: quia bo. poſ. aũt hr̃des de iure p̃torio: fideicõmiſſarij vero ſunt vtiles loco hæredũ: vnde cõiunctos immediatè vnum poſt aliũ habetis iſtos ti. l ff. vet. Similiter in pęnalib. & pętorijs q̃dã act. reperiuntur ppetuæ: vt act. furti manifeſti, q̃ à p̃toris iuriſdictione deſcendit. Abſurdum .n. videbatur actionẽ ita famoſam anno finiri. hoc dicit.

d Ex lege xij. tabul. vt fa. erci. vt ff. fam. erci. l. 1. Item noxali de pauperie: vt ſ. ſi quadr. pauper. fe. di. in pri. & ff. ſi quadr. paup. fec. di. l. 1.

e Senatusve conſulto. Vt hęreditatis petitio: vt ff. de pet. hę re. l. itẽ veniũt. §. pri die. & C. de peti. hæ. l. fi. in prin. Item ſi quis clauum de naui abſtulerit, cuius cauſa tota nauis perijt: vt ff. de incen. rui. nau. l. 3. § ſenatuſc.

f Conſtitutionib. Vt condic. ex lege. q̃ datur ex ꝯſtitutionib. quibuſlibet poſt 12. tab. cõſtitutis: vt ff. de cõdic. ex lege. l. vnica. & ff. ad leg. Iul. de adul. l. quod ex his. & C. de do l. ſiquis argentum § fi. & ſ. de act. §. tripli. vel ex quacunq; alia parte iuris, vt plebiſcito: vt patet i l. Aqui. vt ſ. de leg. Aqui. § cæterũ & ff. ad leg. Aqui. l. 1. Nam quinq; ſunt partes iuris p̃ter p̃toriũ. vt ſ. de iu. na. § conſtat. & totũ eſt ius ciuile: vt ff. de iu. & iu. l. ius aũt ciuile. & actiones ex eo deſcendentes ſunt ppetuæ, vt hic dicit. i. ſine p̃finitione tpis, ſm antiqua tpa, ſed ſacræ conſtitutiones in perſonalib. metas impoſuerunt xxx. an. vt C. de pſc. 30. vel 40 an. l. ſicut. & l. oẽs. & C. qui. non obij. lon. temp. præſcr. l. neq; & C. de ann. exce. l. 1. & de conſti. pe. l. 2. in realib. aũt imponit meta p conſtitutiones in reb. mobil. trium ann. in immob. x. ann. inter præſentes. xx. inter abſentes: & hoc qñ tit. habet poſſeſſor: aliàs 30. ann. vt C de vſuc. transfor. l. 1. & ſ de vſuc. §. 1. ſ In hypothecaria ẽt, q̃ eſt in rẽ, certa ſtatuunt tpa vel x. vel 20. vel 30. vel 40. an. vt C. ſi ad uer. exe. l. diuturnũ. & C. de pręſcr. 30. an. l. cũ notiſſimi, & de anna. exce. l. 1. Sed quõ erat ppetua rei vẽdicatio. ſm antiqua tpa: imò tẽporaliſſima: vt ſ. de vſu. in prin. Rñ. q̃ hic dicit. q̃ erant perpetuæ. ſ. ꝑſonales. ſed meta impoſitos tã in realibus, q̃ in perſonalibus. Item caue tibi: quia duæ perſonales ſunt ciuiles. quæ durant per annũ tantum: vna iniuriarum. quæ deſcendit ex leg. Cor. vt C. de iniur. l. ſi nõ conuicij. in fi. Alia quæ datur ex l. Iul. repe. vndadatum: vt ff. ad leg. Iul. repe. l. 2.

g Eas. Scilicet pœnales, & tunc non eſt neceſſe, plerunque: vel ſi habet plerunq;, expone, vt j. Acc.

h Plerunq;. Hoc dicit, pp prætorias rei perſecutorias. quę perpetuę ſunt: niſi in reſciſſoria, q̃ annalis eſt: quia ꝯ ius ciuile datur: vt ff. de act. & obli. in l. honora-

† De hoc verbo perpetuò quot modis accipiaſ, vide gl. x. q. 2. c. ea. n. §. perpetua. & p Mandoſ. in ſu perſcript. Gl. Facul. in ver. ad ppetuã, & in §. volẽtes, I verſ. ppetuò.

Actiones ex quinq; partib. iuris deſcendẽtes, ſũt ciuiles & ppetuæ.

Actiones reales q̃ꝫ to tempore durãt.

ſ Et nota, q̃ vltra titulũ requiritur ẽt poſſeſſio: nam ſine poſſeſſiõe nõ Ichoaſ vſucapio. l. ſine poſ ſeſſione. ff. de vſucap. licet aliqñ inchoata trahaſ ad fi. vt l. cũ piũ. ff. de vſuc. coniuncta l. 2. §. Sequo la. ff. ſiqs teſt. li. eẽe iuſ. fu An ge.

Prætoriæ rei pſecutoriç ſũt ppetuæ.

Prætoriæ pœnales ſunt annales.

honorarijs. §. sed eum rescissa & ī. de ac. §. rursus. & ȷ. eod. §. Item nisi in redhibitorijs, quę dantur ad tē pus, licet rei sint persecutoriæ. vt ff. de ædi. l. sciendum. §. si. quia dantur cōtra id. in quod conuenerūt contrahentes. Item fallit dicta regula. ff. quod fal. tuto. ant. l. huius actionis. §. has actiones, & q̄ in frand. cred. l. ait prætor. §. si debitorem. versi. annus. C. de do. l. fi. & ff. de eo per quē fac. est. l. j. §. pen. Si autē sūt pœnales ꝓ torię. locū habet qd̄ hic dicit̄, vt sint annales, siue pęnales ex vtraq; parte, siue ex altera tantū: vt ff. de cal. l. 1. & de i l^9 voc. l. pe. & ff. de alien. indi. mu. l. vł post annum. Accur.

ADDITIO.

Sed sm Angel. illa est pœnalis ex vna parte tantū: & ideo nō videt̄ bene excipi. Sed Bar. in l. 1 honorarijs. ff. de ac. & obli. cōcludit, q omnes rei persecutoriæ ex vtraq; parte sunt perpetuæ. Ex parte āt actoris rei persecutoriæ, & ex parte rei pœnales: finiuntur anno.

intra annum [a] viuere. Nā & ipsius prætoris intra annū erat Imperium. aliquando [b] tamen & in perpetuū extēdunt̄: idest, vsq; ad finē ex constitutionibus [c] īntroductū: quales sunt eæ, quas bonorum possessori, [d] cæterisq;, qui hęredis loco sunt, [e] accōmodat. Furti quoq; manifesti actio, quamuis ex ipsius prętoris iurisdictione proficiscatur: [f] tamen ꝑpetuò datur. absurdum enim esse existimauit [g] anno eam terminari.

Ex maleficijs pœnales actiones quamuis contra hæredes, non dantur, hæredibus tamen offensis dantur, excepta actione iniuriarum: actiones autē ex cōtra[l]tu dolo inito, aduersū hæredes (si nihil ex eo ad eos perueniret) minime competunt. Omnes tamen pœnales actiones, lite contestata contra hæredes transeunt.

Non autem [h] omnes actiones, quæ in aliquem aut ipso iure [i] cōpetūt, aut à prætore dantur: & in hæredem ęquè competūt, aut dari solēt. [k] Est enim certissima iuris regula: Ex maleficijs [l] † pœnales actiones ī hæredē rei nō cōpetere: [m] veluti furti, vi bonorū raptorum, iniuriarū, dāni iniurię. [n] Sed hr̄dib^9 [o] hmōi actiones competunt, nec denegantur, excepta iniuriarum actione, [p] & siqua alia similis in-

[a] Intra annum. s. vtilem. Nam de talibus annis prętores loquebant̄: vt patet. ff. de vi & vi arma l. j. §. qd̄ autē ait prętor versi. annus. & ff. de ædi l. edi. l. sciendū. §. fi. nisi in casu, vbi est iutilis ad sui principiū: sed continuus ad sui processum. vt ff. de cal. l. ann^9.

[b] Aliquando. Ecce quare dicit plerunque.

[c] Constitutionibus. De quibus dixit ī. eo. in princ.

[d] Bonorum possessori. Idest, cuilibet possessori, qui vult succedere de iure prætorio, qui habet hæreditatis petitionem bonorum possessoriā: de qua habes ff. de poss. hęre. pe. per totum. Accur.

[e] Hæredis loco sunt. Vt quibus restituta est hęreditas ꝑ fideicōmissum: quibus datur hæreditatis petitio fideicommissaria, de qua habes ff de fideicōmiss. hęred. peti. per totum. Et hę duę sunt rei persecutoriæ. Accur.

[f] Proficiscatur. Nota actionem furti manifesti esse prętoriam: sed nō manifesti est ciuilis: vt ī de act. §. sunt autem Accr.

[g] Existimauit. Scilicet. prætor. & idem in qualibet pœnali in eo, quod peruenit ad delinquentē: vt ff. de vi & vi ar. l. j. in prin. & ff. de do l. Sabinus.

Nō aūt oēs. CASVS. Expediuit iam dn̄s Iusti. primā partē tit. modo īcipit tractare de scdā parte. dicēs. Non aūt oēs &c. vnde quęsiui, verū oēs actiōes dant̄ hæredibus, & in hæredes? & rn̄ q nō. Certissima est enim regula iuris. q̄ dicit ex maleficio actiones ī hr̄des nō cōpetere: huiusmodi sunt actio furti, vi bo rap. iniuriarū. damni iniuriæ. quod itelligitur non conte. cōtra defunctū: etiā si ad hæredes furtū peruenerit per maleficiū. & possem cū isto. §. cōiungere illū §. pœnales actiones &c dicēdo, q pœnales act. descendētes ex maleficio lit. cōt. cū defuncto competūt vel dant̄ hęredib. eorū. q maleficiū passi sunt excepta actiōe iniuriarū, & siqua alia similis ī- hæredes transeunt. hoc dicit. Franc.

[h] Non autem. Hic ponit diuisionē, q aliæ sunt transitoriæ. aliæ nō: sed superior fuit, q aliæ erant perpetuæ, aliæ non: vt ī eo in prin.

[i] Ipso iure Scilicet, ciuili.

[k] Dari solent. Scilicet iure prætorio. Accur.

[l] Ex maleficijs. s. priuatis, vt subijcit in exemplis, & subaudi, vł quasi maleficijs: vt ī. de obl. ex quasi de li. § fi. ‡ Quid in publicis de quibus tractat̄ de publi. iud. Respō. idem, & plus: quia etiā lite contestata non transeunt cōtra hæredes: vt ff. de actu. l. ex iudiciorū nisi in quinq; casibus Primus est leg. Iul. maie. in duobus capitulis tantū ei^9 legis: vt ff ad le. Iul. maie l. fi. Secūdus est crimē hæresis: vt C. de Apostat. l. ij. & l. apostatarū. in fi. Tertius est crimen repetundarū. Quartus est de residuis Quintus peculatus crimen: vt ff. ad legem Iul. pec. l. fin.

[m] Non competere. Nisi lis fuerit ‡ cōte. vt ȷ. eod. §. pęnales. & ff. đ acc. l. ex iudiciorū. l fi. Itē nisi aliqd ad hæredē peruenerit, tūc. n. tenet̄: vt ff. de cal. l. 1 hæredē, & ff qd̄ met. cau. l. videam^9 In duob^9 tn̄ casib^9 est ꝯ: vt in act vi bo rap. q̄ nō datur in hr̄dē, licet ad hr̄dē aliqd peruenerit: sed furtiua dat̄ ꝯdictio: vt ff. vi bo. ra. l. 2. §. fi. Itē in interdicto vn̄ vi: qd̄ nō dat̄ in hæredē: sed i factū actio: vt ff. de vi ar. l. ij. §. fin.

[n] Damni iniuriæ. Legis. Aquiliæ actio.

[o] Sed hæredibus. Idest, hæredibus eorum, qui passi sunt hæc maleficia.

[p] Iniuriarum actione. Nam hęc non datur hæredi nisi lis contestetur: hoc ideo, quia nō est in bonis nostris ante lit. contest. vt ff. de iniur. l. iniuriarum. j. & l. iniuriarum. j. in prin. in glo. ij. Est & alia ratio: qa nihil mihi de patrimonio abest, nec reo adest: vt ff. de col. bo. l. cū emancipati. § emancipat^9. Sūt & alię similes ei, vt subijcit ī q b^9 nec actori aliquid de pa-

Aliquando tn̄. Quia propter quandā generalitatē, quā vidistis modo in §. ꝓcedenti (vidistis eñ q certissima iuris regula est, q̄ dicit ex maleficio pœnales act. in hæredē nō competere, & habetis regulā istā. ff. de pri. delict.) videbat̄ à contrario sensu, q omnes act. quæ nō sunt pęnales ex maleficio dētur in hęredes: & sic oēs actiones ex ꝯtractu prouenientes dentur cōtra hæredes: ideo cōtra generalitatem istā sumptā à cōtrario sensu ex ista regula loquit̄ li tera ista, & dicit: Aliquando tn̄mē actio ex cōtractu nō dat̄ ꝯtra hæredē: vt puta si dolose versatus fuerit testator i cōtractu: & ex dolo testatoris ad hęredē res nō peruenerit. Et sm̄ in vers. Pœnales autem. Supra vidistis, q certissima est iuris regula, quæ dicit, quod ex maleficio petentis pœnales actiōes, de quibus supra dixit, si ab illis principalibus ꝓuis in eis lis fuerit cōtest. hæredibus dant̄: & in

cus si cō- mittēdo vt l. 4. §. fi. ff. d dā. infect. vt dic vt ibi per Bart. & Ang.

‡ Hue in fetto, q de iu. ca- no. & ida lieus, & i contracet b^9 fine ad hæredem quid per- uenerit, si ue non ꝑ uenerit, si ue cū de- fūcto fue rit lis cō- te. fine mi nimè, sē- per hæres tenet̄ in solidum. xvj. quęs. vij. ca. si epm. & 7. qō. ij. ca. epos. vbi glossa hāc decisionē ponit. & đ sepul. c. fi. & Inn. ca. ex literis. de rap. vnde infert̄ hæredem vsurarij defuncti ad restitutionē vsurarū teneri: vt in c. tua nos. đ vsur. & no. i ca. j. de vsur. li. vj.

Actiones ex maleficio i duob^9 casibus trāseūt in hæredes.

Iniuriarū actio non datur hæredi ratione duplici.

Iniuriarū actio aliquas habet similes conuenientias.

† Ex contractu aūt pęnales à ctiones etiā in hæredem dātur l. vlt. ff. de nau tico fœnore.

Actionis duplex diuisio.

‡ Dic q est verum i quasi delicto omittendo cōmisso, se-

trimonio abest, nec reo aliquid adest: vnde idē iuris est, quod & in ista. vt est actio in factū, quæ datur ꝯ libertū vocantē patronū in ius sine venia, in L. aureos. vel in filiū vocātē patrē: vt j. de pœ. reme. li. §. fi. & ff. de in ius voc. l. pe. Idē in popularibus actionibus: vt siqs habeat positum, vel suspensum: vt ff. de ijs, qui deiec. vel effude. l. si vero. §. q autē. Quidam dicūt idē de actione in factū de calūniatorib⁹: vt ff de ca. l. hæc actio. Sed certè ibi alia est ratio: quia habet cōdictionē ob turpē cau. vt ibi dicitur. Itē quia abest ibi aliquid actori, & adest aliqd reo: vnde non est similis §. dict.

lite cōtest. vt ff de ope. li. l. si operarū iudicio. Secūdus in patre repetente dotē filiæ, quæ à viro diuerterat, si decedat patre extraneo hærede relicto, etiam lite contest. vt C. de rei vxor. act. l. vnica. §. videamus.

ADDITIO. Nā eo ipso q mater morit, vel alter filia efficit sui iuris, statī actio consolidatur in filiam: vt d. §. videamus. licet pater fuerit litē cōtestatus. & sic propter hoc non facit transitum in suum hæredem. & sic est speciale in dote: quia est proprium patrimonium filiæ: vt l. 3. § sed verū. in fi ff. de mino. & facit l. Pomponius Philadelphus ff famil. er cifcun. Ang.

ueniatur. a Aliquando tñ ēt ex cōtractu b actio c contra hæredem non competit: veluti cùm testator dolosè d versatus sit, & ad heredem e eius nihil ex eo dolo peruenit. Penales autem actiones, quas supra diximus, f si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatæ: g & hæredibus dantur, h & contra heredes transeunt. i

Si pendente adhuc iudicio reus satisfecerit, ab obseruatione iudicij absoluendus est.

Superest, k vt admoneamus, q si ante rem iudicatam is, cum quo actū est, satisfaciat actori: officio iudicis cōuenit eū absoluere: l licet in ea cā fuisset iudicij accipiendi tēpore, vt damnari deberet: & hoc est, q antea vulgò dicebatur, omnia iudicia absolutoria esse.

TITVLVS XIIII.

DE EXCEPTIONIBVS.

Institutæ idcirco fuerunt exceptiones, vt qui ipso iure obnoxij sunt, iniquas petitorū actiones excludat: quod exemplis aperitur.

SEQVITVR, vt de exceptionibus dispiciamus. Compa-

a Inueniatur. Hic continuatur ille §. qui est j. eod. §. pœnales.

b Etiam ex contractu. Non solum ex delicto. Accur.

Dolus aliqñ dat cām contractui, aliqñ incidit in cōtractum.

c Actio. s. de dolo nata propter dolū adhibitū in contrahendo. Nam si dedit dolus causam cōtractui, non agit actione ex cōtractu, cum nullus sit: sed de dolo. vt hic & ff. de do. l. eleganter. in prin. Si enim esset incidens: ageretur actione ex eo ꝯtu, vt purgaretur dolus: vt ff de act. emp. l. Iulianus. §. si venditor. & daretur in hæredes: vt ff. de act. & obli. l. ex contractibus. Vel pone casum, q dolus fuit incidens vel superueniēs: & remanet ꝯtus: & non agitur ꝯ hæredē nisi peruenerit aliquid ad eū: vt in actiōe depositi, quæ datur in duplum ꝯ eum, qui dolum commisit in deposito causa tumultus, vel incendij, vel ruinæ, vel naufragij: sed in herede non datur in duplū de dolo defuncti, licet in simplum detur: vt ff. depo. l. 1. Itē quelis est actio in factū, quæ datur ꝯ agrimensorem: nō autem aduersus hæredē: vt ff. si mē. fal. mo. di. l. 3. pen. Itē in actione ex stipulatu iudicio sisti, in eo, q erat conuentus iniuriarū: vt ff. si quis cau. l. si eū. §. iniuriarum. Idē est in actione tributoria: vt ff. de tri. l. illud. §. fi. & de his casibus loquitur hic §. cū dixit ex ꝯtu in hæredem non dari qñq;. Aliàs autem ex ꝯctu agitur ꝯ hæredem, & de dolo defuncti regulariter: vt ff. de act. & obli. l. ex ꝯtibus. & l. ex deposit. quæ sunt huic contrariæ. & hanc specialitatem, si vis tenere primam opinionem, denotat hæc litera cū dicit, Aliquando tamen &c.

Actio depositi dec in duplū in quatuor casib⁹, nō tamen in heredem. Actiones ex cōtractu descēdētes quę non danť in hedes.

d Dolosè. Dolo dante causam ꝯtui. Vel dic incidenti, vel superuenienti, vt modo diximus. Acc.

e Ad hæredem. Sed si superuenisset actio in factū perpetuo contra hæredem, & contra defunctum daretur: vt ff. de dolo l. itaque. Sed de dolo olim intra annum vtilem, hodie intra biennium continuū datur: vt C. de do. l. fi.

f Diximus. s. eo. § nos autem omnes Acc.

g Contestatæ. Imò vt dentur hæredi, sola præparatio sufficit: vt ff. de inoff. test. l. posthumus. §. fi. los. Vel sine præparatione datur querela hæredi hodie.

Operæ liberto impositę nō trāseūt ad hęre. s ex traneum.

h Datur. Nisi in duobus casibus. Primus, cū agitur ad operas cōtra libertū. & moritur patronus extraneo hærede relicto: ad quē non transeunt operæ. &

i Transeunt. Nisi in duobus casibus. Primus in actione de dolo C. de do. l. fi. Secūdus in retractatione alicuius l servitutem vel libertatē aut. qui per collusionem pronuntiatus fuerat ingenu⁹: vt ff. ne de statu defun. l. 1. §. sed interdum.

Superest. CASVS. Ostā. quæ iam d [illegible] prin. tit. vsque nunc, in duobus cōsistunt, s. in vita. & trāsitu actionum. Modo vult dicere de officio iudicis. & partum deficit, quod non posuit hūc totū ti. de off. iud. sed residuum seruat vsq; ad ti. spec ... de of. iud. Dicit ergo Insti. Volo, q vos sciatis, q si iste qui conuenitur, ante condemnationē satisfaciat, of. iud. cōuenit eum absoluere, licet eras talis, qui debebas cōdēnari. Et licet istud iudiciū de sui natura debebat esse condemnatoriū, per solutionem tñ ante condēnationē factā fit absolutorium. & hoc est, quod vulgo dicitur, omnia iudicia esse absolutoria Fran.

k Superest. Hęc de vita. & transitu actionū secundū quod in titulo promisit, dicta sunt: nunc de iudicis officio dicit: quod cum exponere debeat, iā pauca, vt modicum respiret, delibat. nā conceptū sermonem quis retinere potest? quia igitur iam concepit in animo tractare de offic. iud. quomodo poterit tacere, quin dicat aliqui thic?

l Absolutè. Scilicet ab obseruatione iudicij. nam principalis causa est sublata soluto nunc: vt s. quibus mod. tol. obl. in princ. Acc.

Cōtinuatio.

DE EXCEPTIONIBVS.

Quia exceptio tenet vicem actionis, vt ff de excep. l. 1. ideo post actiones ponit de exceptionibus. Vel quia de armis actorum vidimus, & de reorū armis videndum est: ideo dicit, vt sequitur. Accur.

Ofs. nā cōtrouersia cōstat ex intentiōe actoris, & depulsione rei. Hic quoniā tou⁹ causæ sta t⁹. de qua re vide Quintilianū. li. 3. c. 6.

SEquitur. Totus iste tit. diuidit in quinq; partes principales. Primo cōtinuat ad precedentia titulū. Secūdo ponit cām quare fuerūt exceptiones inuētæ. Tertio id demōstrat p exēpla, tā in actionib. realib⁹, quam in personalibus. Quarto ponit duplicē, vel potius triplicē diuisionē exceptionū. Quinto id exēplificat. Secūda ibi. Cōparatę sunt. Tertia ibi. Verbi gratia. Quarta ibi in § appellant vel potius l §. alioq. ex quā multis. Quinta ibi, Perpetuę. & peremptor. ę.

Diuisio.

Casus

CASVS. Viso de actionib⁹, sequit(dicit Iust.) vt de exceptionibus videam⁹. Et domine Iust. pro Deo Instruatis nos cōpetēter materiā de exceptionibus. Frater, dicit ipse, scire debes, quòd inuentę sunt, seu institutæ exceptiones ad defensionē reorū: sunt em̄ arma reorum Frequēter enim cōtingit. q actio cōpetēs actori, prima facie iusta videt: iniquū tñ esset reū condemnare. vt puta, si metu coact⁹, aliqd promisit: & ideo datur reo contra actorem exceptio de dolo, vel exceptio, qd metus cau Omnis enim exceptio adinuenta fuit ad actionem impugnandā. h.d. Fran. de Aret.

ratæ a autem sunt exceptiones defendendorū eorū b gratia, cum quibus agitur. Sæpe enim accidit, vt licet ipsa persecutio, qua actor experitur, iusta sit: c tamen iniqua sit aduersus eum, cū quo agitur. Verbi gratia, si metu coactus, aut dolo inductus, d aut errore lapsus, stipulanti Titio promisisti e quod nō debueras promittere: palàm est, iure ciuili te obligatum eē: f & actio, qua intenditur dare te oportere, efficax g est: sed iniquū h est te cōdemnari. Ideoq; datur tibi exceptio, Quod metus causa: i aut Doli k mali, aut in factum, l cōposita ad impugnandam actionem.

Qui futuræ numerationis spe mutuum recepisse scriptis fassus fuit, exceptione non numeratæ pecuniæ tutus est.

Idem iuris est, siqs quasi credēdi causa pecuniā à te stipulatus fuerit, neq; numerauerit. Nam eā pecuniam à te petere posse eum, certum est. dare n. te oportet, cùm ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquum est eo nomine te cōdemnari: placet exceptione pecuniæ nō numeratæ te defendi debere. Cuius tēpora nos (sm qd̄ iā superioribus libris scriptū est m) cōstitutione n nr̄a coarctauimus.

Si debitori creditor non petere pactus fuerit, ex pacto præcedens obligatio perimitur, sed pacti conuenti exceptio aduersus creditorem agentem paratur.

Præterea debitor, si pactus fuerit cum creditore, ne à se pecunia peteretur, o nihilominus obligatus manet: quia pacto cōuento obligationes nō omnino p dissoluūtur: qua de cā efficax est aduersus eum actio, quam actor intendit, si apparet q eū dare oportere. Sed iniquū est contra pactionem eum condemnari: defenditur per exceptionem pacti conuenti.

Qui iureiurādo delato se nihil debere asseruit, ipso iure liberatus non est, sed exceptione iurisiurandi munitus, æque siquis in rem conuentus, rem petitam suam esse iurauerit, nō propterea actor dominus esse desinit, verū exceptio iurisiurādi sibi postea vendicanti obstabit.

a Cōparatæ Aliàs Inuentæ Accursi.

b Eorum. Scilicet reorum. Nam ipsi sunt, cum quib⁹ agitur: vt ff. de iureiu. l. j. in pri. & i §. eo.

c Iusta sit. Prima facie.

d Dolo inductus. Hoc est in strictis iudicijs. I bonæ fidei autē iudicijs ipso iure non tenet cōtractus. ff. de do. l. & elegāter. in pri. Accur.

ADDITIO. Hoc verum in odiū dolosi, sed tn̄ sui p̄iudicium tenet cōtractus. & ex eo potest conueniri, nisi lea resistat actui: quia tūc ex neutra parte datur actio: vt est glo. in l. à diuo Pio. ff. de rit. nup. In gl. ij. & Bald. in l. j. C. plus val. quod agi. Angel.

e Pomisisti. Credent te debere, cū nō deberes: vt hic. & ff. de excep do. l. ij. §. circa.

f Obligatū esse. s. inspecto iuris rigore: de æquitate obligatus non es: vt ff. de li cau l. vel obligat⁹ est. §. obligatū. & ff. de ver. sig. l. si. creditor quæ sunt ꝯtra.

g Efficax est. scilicet, In sui substantia. Nam ciuiliter, & naturaliter est obligatus, & purè: sed non est efficax, quantum ad opem exactionis. Vel dic, efficax est inspecto genere, nam prima facie cōdemnandus videt. sed inspecta qualitate, quia fit dolo facta, vel metu, vel simili causa impediat, est inefficax. & ita expone in sequentibus.

h Iniquum. No q contra iniquitatem, & sic econtra ex æquitate datur reo exce. l. qui æquitate. ff. de do. ma. exce. Angel.

i Metus causa. Hoc quādo metu fuit cōpulsus.

k Doli. Hoc quando inductus fuit per dolum.

l In factum. Redde singula singulis, propositis casibus, sedm Ioā. Sed nōne hoc tertio casu, s. qn̄ per errorē promisit, dat doli exceptio? Certè sic: vt ff. de do. ma. exce. l. ij. §. circa. Qua re dic, q hæc actio i factū est proponenda in subsidium doli exceptionis. s. cōtra patronum & parentem, cōtra quos tur pes exceptiones nō opponūtur: vt ff. de do. ma. exce. l. apud Celsum. §. aduers⁹. & ita hic accipitur. Accur.

Idem Iuris. CASVS. Iā dixi vobis vnū exemplū, in quo videtur æquum prima facie, vt actor debeat obtinere. iniquum tamen inspecta psona rei: quia competēti exceptione potest se defendere. Et de hoc eodē recito vobis hic aliud exēplum, scilicet de eo, q causa credendi pecuniam, stipulatus est pecuniam sibi reddi: & postea pecuniā non numerauit. Vnde si agat stipulator competit promissori exceptio non numeratæ pecuniæ. h. d. Franc. de Aret.

m Scriptum est. s. de lit. obli.

n Cōstitutione. Vt C. de nō numerata pecunia. l. in cōtractibus.

Præterea si debitor. CASVS. Iam vidistis duo exempla in quibus prima facie æquum videt, q actor debeat obtinere: iniquum tamen videt inspecta persona rei: qui cōpetenti exce. se defendere potest. Modo ponit tertium exēplum, puta cū creditor fecerit debitori pactum de non petendo, sicut patet in litera.

o Peteretur. No. q pactum de non petendo tria operatur Nam tollit naturalē ipso iure: vt ff. de so. l. Stichum. § naturalis. Item elidit ciuilē: vt in hoc §. Itē obligat naturaliter paciscentem non petere. Nā & aliàs qs est obligatus naturaliter aliquid nō facere: vt nō facere furtū: vt i. de obli quę ex deli. nas. §. j.

p Non omnino. Quia non ciuilis, sed naturalis tantum: vt ff. de sol. l. Stichum. §. naturalis. In casib⁹ tamen & ipso iure vtrunque tollit pactū: vt in maleficijs factis, siquis paciscatur, ne agat. Item in pignore remisso per pactum: vt ff. eo. l. si tibi. §. quędam actiones. & §. de pignore.

q Si apparet. Oratio posita loco actionis, sedm P. Sed scdm Ioā. cōtra: vt diximus i. de act. §. sic itaque. Accur.

Sed sm Ange. iste text. non facit ad ppositū: qa loquitur qn̄ stipulatio fit sine causa, hic vero secus.

